m Circa stipulationem. nedum in contractibus bonæ fidei: & da exēplum de stip. s. e. l. si rem. & de act. ex testamento dat. vt. s. de actio. emp. l. si heres. & de le. ij. Mæuius. §. pe. sed videtur nō prima, sed de dolo agi: vt s. de dolo. l. & eleganter. §. nō solum. quæ est cōtra. Sol. hic nō satisfecit in eo quod specia-liter promiserat, vel si ne promissione tenebatur: vnde non est liberat. ibi totum quod promisit, dedit: licet dolo suo deteri factū: ar. C. ad exhib. l. exhibi-tionis. secus in contra-ctu bonæ fidei: vbi in-distincte agitur prima: vt. s. cōmo. l. iij. §. si redi-cta: cetera dic vt d. §. non solum.

Soluentes falso administratori,
liberantur si pecunia conuertatur
in utilitatem creditoris. Bartolus.

xxviii. P A V L U S libro trigensimo-octauo ad Edictum.

Debitores soluendo ei qui pro tutore negotia gerit, liberantur si pecunia in rem pupilli peruenit.

Obligatio specierum diuiditur per quotas: obligatio generis vel quantitatis diuiditur numero. Bartolus.

xxix. V L P I A N U S libro tri-gensimo-octauo ad Edictum.

CVM Stichus & Pamphilus communi seruo promissi sunt: non alteri Stichus, alteri Pamphilus solui potest: sed dimidiæ singulorum partes debentur. Idēmque est si quis aut duos Stichos, aut duos Pamphilos dari promisit: aut communi duorum seruo homines decem dare promisit. Nam ambigua vox est decem homines, quemadmodum decem denarij: atque utriusque rei dimidium duobus modis intellegi potest. Sed in nummis, & oleo, ac frumento, & similibus quæ communi specie continentur, appareat hoc actum, vt numero diuidatur obligatio, quatenus & commodius promissori stipulatoribus que est.

Creditori qui pecuniam debitam oblatā sine iusta causa nolit accipere, denegatur actio. Pau.

xxx. I D E M libro quinquagensimo-primo ad Edictum.

SI debitor offerret pecuniam quæ peteretur, creditor nollet accipere: prætor ei denegat actiones.

r Ambigua. id est confusa propter generalitatem, quādo sci-licet in genere facta esset promissio.

s Duobus modis. & in specie, & in numero. & facit. s. de condic. indebi. l. si pœn. §. si falso. & s. si certum peta. nam & si fur. in fin. & de verbo. obliga. l. si centum.

t Si debitor actiones. vel dicas q̄ debitor obtulit, cōsignauit, & depositus: & tunc ipso iure denegatur actio. vt. s. depositi. l. j. §. si pecunia. Vel dic quod obtulit in iudicio. & tunc denegatur ope exceptionis: vt. s. de pig. acti. l. si rē. §. fina. Vel tertio dic q̄ extra ius fuit oblatā, & postea amissa: vt. j. eod. l. qui decem. in princ. & de excep. dol. l. si opera. Sed huic est contra. j. eod. cre-ditor. Solu. vt ibi. Item eidem contra supra de arbi. l. fed si postea. Solu. ibi non fuit amissa. & fa. C. de condic. ex lege. l. fin. & de ad-

a] Quæ qui-dē generali-tas est cui-tāda. cōcor-text. & ibi glo. in. c. ad hac. extra de rescrip.

de admini.tu.l.tutor pro pupillo. §.fin. & C.de vſur.l.acceptam.
I Nter artifices.] **C A S V S.** Tu eras bonus scriptor, ita quod nullus melior erat in hac ciuitate, quam tu: ideo ego eligens industria tuam, conduxi operas tuas, ut mihi librum scriberes. tu locasti librum scribendum alij. an libereris? Respon. quod non:

^t Facit, an qui onus legēdi assumptū possit, per alium legere. de quo est glo. quæ allegat istū tex. in. c. i. naturæ, id est naturalis §. taliter. in verbo. lege. re. de colla in prag. b. Doctrinæ. vel quia sanc circa. mediū ibi, sed vtrū pos sit vtrā quā ad istud addo Bar. l. ne domo supra de duo. reis. & ibi Ale. ad cum.

In operis artificialibus in quibus vertitur ingenium & disciplina: in dubio intelligitur personæ industria electa. **Baldus.**

XXXI. IDEM libro septimo Disputationum.

INter artifices longa differentia est & ingenij & naturæ, & doctrinæ & institutionis. ideo si nauem à se fabricandam quis promiserit, vel insulam ædificandam, fossam ve faciendam, & hoc specialiter aetum est, vt suis operis id perficiat: fideiussor ipse ædificans, vel fossam fodiens non consentiente stipulatore, nō liberabit reum. Quare f etiam si illis stipulationibus fideiussor accesserit,

Per te non fieri quo minus mihi ire agere liceat? prohibēs ire fideiussor stipulationem non committit: & si patientiam g præstet, nō efficiet quo min' cōmittatur h stipulatio.

Debitor soluēs ei cui erat ablata potestas recipiendi, liberatur si ignorabat causam ablationis. Itē procuratori qui exequitur mandatum postquam est reuocatus: non imputatur si reuocationem ignorabat. **Paulus.**

XXXII. IULIANVS libro tertio decimo Digestorum.

Si seruus peculiari nomine crediderit, eique debitor, cum ignoraret dominum mortuum k esse, ante aditam l hereditatem

Reum, etiā simili opera. est enim aliud artificium fideiussoris, quam rei & ideo nō id quod promissum est, videtur solutum. Sed contra. §. de duo. re. l. nemo. Sol. hic agitur inter partes vt etiā diuersorum heredum opera intelligatur. item fa. §. de lega. iij. l. fideicommissa. §. fi. & §. de statulib. l. Stichum. §. fi. & C. de cadu. tollen. §. ne autem.

FQuare. similitudinem facit inter eas quæ sunt in faciendo, & illas quæ sunt in non faciendo, vt patiendo: quæ etiam in faciendo dici possunt: vt. §. de verbo. obliga. l. vbi autem. §. qui id.

G Patientiam. scilicet fideiussor.

H Committatur. reo prohibēt, & committatur aduersus se reum. & facit. §. de verbo. obliga. cum filius. §. j. & l. si stipulatus fuero. in princ. vides ergo quod fideiussor nō tenetur ex mora sua: & est hoc ideo. quia quotiens factum in stipulatione continetur: promissor ad duo tenetur, ad factum scilicet. & ad interesse: fideiussor ad solum interesse. sed inquit dā casu licet factum sit in obli- gatione, tenetur fideiussor ex mora sua: vt supra de ope. liber. l. si libertus.

Promissor in stipula- tione qua- continet fa-ctū, ad duo tenetur.

Si seruus.] **C A S V S.** Seruus Titij Stichus cum haberet pecu- lium, dedit mutuo. c. Seio. moritur Titius relicto herede. Se- ius ignorans Titium mortuum, ante hereditatem aditam soluit huic Sticho seruo. an liberetur? Respon. q. sic. Idem est si Seius soluerit huic seruo post eius manumissionem: cum ignoraret eū esse manumissum. Cætera plana sunt vñque in fi. l. Fran.

I Eique. non manumisso: vt differat à sequenti: vel dic manumis- so in vltima voluntate: vt etiam differat à sequenti.

K Mortuum. alias videtur peculium ademptum: & sic non libera- tur soluendo ei: vt. §. si cer. pe. l. eius. §. placebat. & C. de pec. eius qui me. liber. l. j. licet sit contra. §. de institu. si quis manci- piis. §. fi. impubes. Sol. vt in. d. l. eius.

L Aditam. quo tempore maxime dubitatur: quia nullius in po- testate esset. Idem tamen est etiam hereditate adita.

M Si manumisso. scilicet inter viuos.

N Ignoraret. est enim iusta ignorantia, cum inter viuos sit ma- numissus: vt. C. de pecu. eius qui lib. me. l. j. & fa. §. eo. si quis ser- uo. ij. respon. & supra de actio. & obliga. l. serui. in fin. & supra de

condic. inde. si non sortem. §. qui filio. & infra eo. l. quod seruus. ij. respon.

O Ignorauerit. sed si scit mortuum, tacite reuocatum mandatum scire debet: vt institut. de manda. §. recte. & §. manda. l. intet cau- fas. §. j. & de dona. l. hoc iure. §. si quis dederit.

Q Vi sibi.] **C A S V S.**

Tu promisisti mihi aut Titio fundum Cornelianum. tu po- tes ipsum soluere Titio qui est additus in obli- gatione ad solutionē. Ponamus ergo q ipsi Titio soluisti dictū fundū. venit Séproni⁹ qui dictum fundū euin cit à Titio queritur, nūquid ego possim agere cōtrā te ad fundū? Respon. q sic. & ponit exemplū: si- cut si hominē aliquis mihi promiserit q erat statuliber: & postea per- ductus est ad libertatē quā mihi soluerat: cer- te possum ab eo iterū hominem petere. [QVI

S T I C H V M.] **T**itius promisit mihi Stichum aut Paphilū. Titius ho- mo furibūdus vulnerauit Stichum: & sic eum mihi soluit. querit, an liberetur? Rf. q. nō: si- cut etiā nō liberaretur si solum Stichum pro- misisset, & eum vulne- ratum soluisset. [T E M Q V I.] Iste. §. quasi idem dicit quod superior. f. q. si quis debet hominē, & offert eū vulneratū: nō liberat. Itē si accé- pto iudicio vulneratū à se vel vulneratū ab aliō ipse offerat, non libera- tur. Fran.

P Qui sibi aut Titio fun- dum. in sp̄ecie, aliás nō

valet: vt. §. de verbo. obli. l. ita stipulatus.

Q Actionem. pristinā: vt. §. de verb. obli. l. Julianus. §. j. & C. de trāsc. l. si pro fundo. §. ex stipulatione. & §. e. l. etiam. & §. de act. b] Et etiā empl. l. datio. in p̄t. & de rei vin. l. ex diuerso. §. vbi. & §. e. l. qui uel. hominem. §. j. in princ. Accursius.

R Si hominem. in genere. nam secus continget si certus homo promissus esset: vt. §. de verborum obliga. l. is qui alienum. & l. si seruum. ad princip. §. sin autē. quæ sint contra. & facit. §. de con- dic. inde. l. Neratius. & j. co. cum quis. §. qui hominem.

F Eū dando. hic & inferioribus casibus dic, nō liberatur. s. ab hac actione dc dolo: sed à pristina liberatur: vt in cōtrario. §. de dol. l. & elegāter. §. nō solū. similis lectio est. §. manda. l. si mādato meo.

D §. fi. vel aliter, si à se vulneratum offerat sine pretio deterioratio- nis, & illo nolente accipere perierit postea: non liberatur debitor si creditor habuit iustā causam nō accipere: alioquin aliud esset: vt. j. e. creditor. & l. qui decē. in prin. & eo casu loquitur hic. & qđ dicit dādo. i. dare volente. & daret. i. dare velle. sic. §. de verb. obli. l. stipulatus sum Damā. in glo. ij. nā post dicit offert. si autē daret. & ille acciperet: hoc ipso vides remittere pretiū deterioratio- nis, vt libereb. ab actiōe qua tenebas: vt at. §. si quis cau. l. ij. in prin. & de eo quod cer. lo. l. fin. ergo dabitur pro eo q deterior est factus, actio de dolo: & sic loquitur lex illa, & eleganter. Vel aliter de stricto iure necesse est dare actionē de dolo, cū alia non sit: liberatur enim dando: & sic loquitur lex, & eleganter. sed de æquitate nō liberatur: & sic datur pristina. & ita de æquitate nō daf de dolo. Vel dic rē hic esse solutā, & non dari pristinā actio, ad deteriorationē: sed ad cætera dāna rerū suarū distractatū dat de dolo: vt ibi. & in eadē. l. & eleganter. §. si dolo malo. pcurator.

T Asse vulneratum. secus si ab alio: vt. §. loca. l. sed & de damno. Item & quando à se, dic sine causa: alias nō tenetur: vt. §. de verbo. obliga. qui seruum. Accur.

- a Qui hominem in genere promissum.
 b Vulneratum à se, vel ab alio.
 c Non liberatur, expone ut supra.
 d Si hominem scilicet in genere promissum.
 e Condemnandus tenebatur enim in genere: vt. s. posuit. secus si in specie: vt. s. loca. l.
 sed & de damno.

Qui hominem.] c a
S v s. Stipulatus sum à te mihi aut Titio dari decem, aut hominem: tu soluisti partem hominis Titio: statimque mihi soluisti decem. certe tu potes partem hominis condicere à me, quasi mea voluntate Titio solueris indebitum. Idem iuris est si Titius mortuus est cui partem hominis solueras, & postea x. solueris mihi. nam tu poteris à me condicere potius quām ab hereditibus Titij. [s i d v o .] Titius & Mævius stipulati sunt hominem à Gaio: Gaius soluit partem Pamphili Titio, & partem Stichi Mævio. & diuersorum hominū partes ipsis duobus reis stipulandi soluit. an liberetur Gaius? Respon. quōd non. si vero tantum Pamphili partes vtrique soluisset, tunc liberaretur: quia cōmunis obligatio hāc naturā habet, vt quod duobus soluitur, vni videatur esse soluū. Idē est in duabus fideiussoribus, quōd si vnum hominem promiserint, non liberantur soluendo partes diuersorum hominū: sed bene soluendo partes vnius hominis vtrique reo stipulandi. [s t i p v l a t v s s v m .] Tu promisisti mihi. x. aut Titio hominem dare. tu soluisti Titio hominem. an sis liberatus? Respon. quōd sic: sed antequam tu dares hominē Titio, ego poteram. x. petere. [s i t i t i v m .] Titium probum hominem, eo quōd adesse non poteram, omnibus negotiis meis præposui. postea vetui eum administrare negotia mea, ignoratibus debitoribus meis. ipsi soluerunt huic Titio: an liberentur? Respon. quōd sic, ex quo ignorauerunt eum esse reuocatum ab administratione. & reddit iuris. pulchram rationem primi dicti: quia qui aliquem præponit omnibus negotiis suis, videtur etiam debitoribus suis mandare vt illi soluant. [s i n v l o m a n d a t o .] Tu qui debebas mihi. c. putabas quōd mandasset Titio vt pecuniam à te exigere: & sic ei soluisti. certe tu non liberaris: quia nemo soluendo ei qui se offert negotiis alienis, liberatur. [e t c v m f v g i t i v v s .] Stichus seruus meus fugiens à me, rem aliquam mihi surripuit: & cum esset in alia provincia vbi non cognoscatur, gerebat se pro libero: & rem meam vendidit. emptor soluit ei pretium. quæritur, vtrum à me liberetur? Respon. quōd non. [s i g e n e r .] Sempronius dedit Bertam filiam suam in vxorem Seio: & dotem mile aureorum. solutum est aliqua causa matrimonium. Seius gener soluit dotem Sempronio locero suo ignorantie filia. dicitur hic quōd ipse gener nō liberatur nisi filia illā solutionē ratam habeat: nam filia est particeps huius obligationis. [s i d e b i t o r e m .] Seius erat debitor meus in. c. iussi eum Titio dare hanc pecuniā, cui volebam donare. c. Titius hāc summam accepit ea mente vt eam mihi daret, non pro se retineret, an Seius debitor liberetur

à me? Respon. quōd sic. sed si Titius postea hanc pecuniam mihi det, fiet mea. [Q V I D A M F I L I V M F A M I L I A S .] Titius vendidit cuidam filiofa. equum pro. c. aurēis, & fideiussores ab eo accepit. iste Titius instituit heredem istum filium fam. qui iussu patris sui adiuit hereditatem. hic quæritur, vtrum pater possit cōuenire fideiussores?

Respon. quōd nō: quia quoties ille qui accipit fideiussores ab aliquo reo, instituit reū hereditem, fideiussores liberantur: quia nō possunt eidem pro eodem tene-

ri. [s i p r a e d o .] Aliquis, puta Seius, pos

fidebat hereditatē nullo titulo, sed tanquam

prædo. exegit debita à debitoribus hereditariis.

conuentus est iste

prædo petitione here-

ditatis à Titio, & vi-

cetus, ita quōd cum aliis

fructibus & rebus re-

stituit etiā debita quæ

exegerat. quæritur, v-

trum debitores liberē-

tur: Respō. quōd sic. s.

seq. planus est. [Q V I

P E R P E T V A .] Tu de-

bebas mihi cētum au-

reos. feci tibi pactum

de non petendo. si tu

soluīs, potes repetere:

& ideo si ex duobus reis

promittendi alter fece-

rit pactum ne ab eo pe-

tatur: si soluat, nihilo

minus alter corre⁹ sius

remanet obligat⁹: quia

soluens potest pecuniā

repetere. Fra n. Acc.

f Promisit. ergo est hāc

alternatio rerū & per-

sonarum. Azo.

g Mox. id est postea.

h Sed tibi. In eū enim

competit condicō in

debiti, cui⁹ nomine solu-

to est facta: vt infra

rem ra. ha. l. si indebi-

tum. in princ. &. l. si si-

ne. j. respon.

i Indebitum. Quod ex

postfacto apparet: vt. s. de cōdic. inde. l. si non sortem. s. si decem.

Item facit arg. s. eo. l. fugitiuus. in fine.

k Titio. non eadem ratio est rotius ad partem: vt in hac. l. j. re-
spō. &. s. j. nam & soluēdo totum hominem, in solidum libera-
tur: soluendo partem, pro parte non liberatur. ad quod est. s. de
verb. obli. l. ij. circa prin. & de leg. j. si quando. s. heres.

l Soluerit. scilicet tibi.

m Non liberatur. id est nō liberatur: & aliās est quin. & aliās est quin non. & facit. s. l. proxi. in prin.

n Communis. ideoque cum sint socij, res est cōmunicanda: vere
tamen sunt duæ: & vnicuique sua propria est quæsita: vt supra de
duobus reis. l. eandem. s. fin. & l. iij. in fin.

o Non liberantur. facit. s. de condic. indebi. l. si non sortem. s. fi. &
s. de opti. lega. l. seruo generaliter. & j. ea. l. s. penul.

p Liberatur. quia aliud pro alio dare potest volenti creditori: vt
supra de constitu. pecu. l. j. s. antepen. & dic liberatur, scilicet per
exceptionem, non ipso iure: vt supra de verbo. oblig. l. fin. s. cum
mihi.

q Decem. quæ sola erant in obligatione.

r Liberabuntur. ipso iure, si bona fide acceperat vt saluam faciat
domino: alioquin per exceptionem: vt. j. eo. l. cum quis. s. j.

s vt procuratori soluat. sic etiam prohibendo administrare, pro-
hibetur etiam solui ei: vt. s. eo. l. quōd si forte. s. j. itē & generali
mandato videtur mandare vt credit oribus soluatur: vt. s. de cō-
dic. indebi. l. si procurator. & j. eod. l. quolibet. & s. de procura.
l. procurator cui libera. & l. seq.

Nemo

a Nemo liberabitur. vt & s. de cōdic. inde l. si urbana. §. nam si fer-
uus. & §. quod si vecturas. & s. si cer. pe. l. cum fundus. §. j.

b Et cum fugitiuus. imo contra. s. eo. l. fugitiuus. in fin. fol. vt ibi.
& facit. s. de pecu. l. libera.

c Soluisset. soluto matrimonio & idem est si soli filiae soluisset.

d Habiisset. vt supra de-

neg. gest. l. si ego.

e Et propemodum. nam
non est procurator, sed
particeps obligationis
vt filius vel socius: &
ideo dicit. ppemodum.

f Socia. non est sic so-
cia vt sunt duo rei stipu.
quia non si vni sol-
uatur, contingit libe-
ratio ab altero: sed sic
dicitur actionē eis esse
communem quia filia
mortua competit pa-
tri in solidum. Item pa-
tre mortuo, vel ea e-
mancipata, filiae com-
petit in solidum: vt su-
pra solu. matri. l. ij. §. j.
& l. iij. & l. dotem. &
C. de rei vxo. act. §. &
hoc. & C. sol. matri. l.
ij. & l. filiae. & supra de
lega. ij. l. Titia. §. inuita.
& supra ad legem Fal-
cidiam. l. pater filiam
in principio.

g Mihī dedisset. & tra-
didisset. sed interim cu-
ius est? Respon debitoris non, arg. s. de ad-
quiren. possell. l. quod
meo. §. si furioso. Sed
argu. contra. s. de vi &
vi arm. l. cū fundū. & j.
eo. l. cum quis. §. si de-
bitorē. Item Titij non,
quia non habuit ani-
mum vt sibi adquire-
retur vel donaretur: &
dissensus impedit do-
nationem: vt. s. si cer.
peta. l. si ego. Item cre-
ditoris non, quia non
volebat queri sibi: sed
postea cum ipse ratum
habet. vel accepit pec-
uniā, fit sua: & sic fin-
gitur retro fuisse sua,
sed in veritate nullius
interim fuit: vt dixi-
mus supra de neg. gest.
l. si ego.

h Liberari. immo vi-
detur quod pater pos-
sit fideiussores conue-
nire: quia nullo momē-
to videſ hereditas fuiſ-
se penes filium: vt. s. de
adquir. here. l. placet. &
sic videtur quod debi-
tor non successit cre-

ditori, & ideo extinguitur obligatio principalis. imo pater suc-
cessit creditori. Respon. hic non responder quæſtioni: sed dicit,
quotiens &c. at in quæſtione præmissa non successit debitor, id
est filius, vt dictum est. igitur non confunditur obligatio: & sic
poterunt conueniri fideiussores. vel aliter: licet tantū filius te-
neatur, tamen pater conuenire fideiussores nō potest: quia ipse
est heres creditoris nomine filij & ex filij persona: inde est quod
legata ex filij persona soluit, vt supra de leg. j. l. cum filio. & ideo
cum ex persona filij agat: ram filius quām fideiussores sunt libe-
rati hereditate patri per filium adquisita. vel aliter: pecunia mu-
tuata filio conuersa fuit in rem patris: vel iuſſu patris erat mu-
tuata filio: & sic tenebatur pater de in rem verso, vel quod iuſ-

ſu. vnde cum ipse successerit creditori: confusa est ob ligatio, &
sic fideiussores liberati. & facit supra de fideiussō. l. heres à de-
bitore. §. seruo tuo. & de peti. here. l. si quid. §. fin. & l. sed & si
lege. §. si minori. & de cōdic. indebi. l. si urbana. & ad Valle. l. tutor
& de fideiuss. l. Vranus.

i Liberabuntur. vt & s.
de leg. ij. l. si qs duob⁹.

k Partem. iam à Titio
quinq; solutis. ad quod
est. s. eo. l. j. §. j. & s. de
condic. indebi. l. si non
sortem. §. penulti.

l Repetit. vt. s. de con-
dic. indebi. l. qui exce-
ptionē. & s. ad Maced.
l. cum tamen. Acc.

m Liberatur. ab illa
obligatione inefficaci
qua tenebatur: & est
bona ratio: quia duos
cōtrarios effectus eadē
solutio nō operatur: vt
hic, & s. de condic. in-
debi. l. cum is. §. j. & s. de
tributo. l. alius. ibi, cum
igitur &c. sed cōtra. j.
eo. l. in numerationi-
bus. in fin. Solu. vt ibi.

n Pepigerit. ergo nec
pactio, quia non erant
socij, prodest correō:
vt. s. de atbi. si duo. &
de lib. lega. l. iij. §. j. &
de pact. l. idem in duo-
bus. nec solutio, quia
repetitur pecunia: se-
cūs in accept. vt in cō-
trario. s. titu. j. l. si rem.
§. j. Accursius.

o soluerit. scilicet ille
qui postea pacto facto
fuerat liberatus.

p Manebit. quia ille
qui soluit, repetit.

Q Vod seruus. J c A -
Q s v s. Habebam
seruum cum peculio
suo. iste seruus mu-
tuauit pecuniam ali-
quibus: postea est ven-
ditus vel manumissus.
quæritur, vtrum debi-
tores ei recte soluat id
quod ex peculio mu-
tuauit? Respon. quod
sic, nisi appareret a-
liqua manifesta causa
qua posset cognosci
dominum noluisse illi
seruo solui. idem est si
iste seru⁹ gesit negotia
domini. cætera clara
sunt. l. sequentem vide
per te. Franc. Acc.

q Manumissus. vel non
manumissus: vt. s. eo. l.
fugitiuus. in fi. nisi do-
min⁹ sit mortu⁹, & hoc

xvii. I V L I A N V S libro primo

ad Vrſeum Ferocem.

S I pater meus prægnante vxo-
re relicta deceſſerit, & ex
causa hereditaria totum hoc
quod patri meo debitum fuiſ-
ſet, petiſſem: nihil me con-
ſumpſiſſe & quidam existimant. si
nemo natus sit recte me egiffe,

scit debitor: vt. s. eo. l. si seruus. & si cer. peta. l. eius qui.

r Feneratus effet. id est mutuam accepiffet.

s Idem iuris effet. quia liberatur soluens & ignorans eum alienatum
vel manumissum: vt. s. eo. l. si quis seruo. & facit. s. depo. l. quođ
seruus. & s. tit. j. l. non ideo nouare.

t I pater meus. Petiſſem. & ſententia contra me lata fuiſſet.
S u Conſumpſiſſe. id est me non amifſſe aliquo nato ex vxore
poſtea. ſed male putant: quia in quartam ſaltem mihi præiudico:
vt ſupra ſi pars here. peta. l. antiqui. & de ſuis & legi. l. in teſtato. §.
est autem.

x Egiffe. & bene, quia &c. vt. s. ſi pars here. pet. l. illud. & ſic
me totum amifſſe: quia obſtabit exceptio rei iudicatæ.

a Partem . quia illam recte potui petere : & ideo in illa obstat mihi exceptio rei iudi. in cæteris non: vt. s. de excep. rei iudi. l. si mater. §. eandem . sed certe nec prima quorundam , nec secunda Iul. sententia tenet: quia ego non potuit petere nisi quartam : & in illa obstat mihi exceptio rei iudi. vt. d.l. antiqui. & l.j. in fin. & facit supra de iudi. l. sed & si restituatur . §. fina . & de rebus du. l. vtrum.

Q Votiens vnus.] C A -
S V S Duo erant
rei promittendi: & duo
fideiussores . vnus fi-
deiussor gerendo ne-
gotium vnius rei solu-
uit pro reo. perinde est
dicendum ac si ipse
met reus soluisset partē
vnius fideiussoris: tamē
de principali sorte nihil
minuitur pro qualibet
parte , sed tantum pro
parte illius qui soluit,
vel pro quo solutū est.
Franciscus.

b Partē. puta medietatē debiti, cū sunt duo
fideiussores.

c Soluisset. specialiter
dimidiā pro illo soluo,
cum duo sint: vt dixi.

d Decedat. ipso iure etiam modica : quia ille
qui soluit, tātum causa

sui soluit. merito ergo de sorte nihil decedit : cum adhuc ille te-
neatur in solidum: cum ipso iure non fiat diuisio inter fideiusso-
res: vt. s. de fideiuss. l. inter fideiussores. & s. manda. l. Papinianus.
habebit tamen soluens , vel ille pro quo soluit reus , except. pro
parte soluta: vt. s. de fideiuss. l. inter eos. §. j. quæ est contra. vel dic
non ex forte, scilicet pro rata cuiusque portionis, id est non vter
que fideiussor liberatur pro rata: sed ille solus cuius nomine est
facta solutio. & quod dicit, liberatur, dic non ipso iure , sed per
exceptionem: vt dicto cōtrario. & sic secundum vtrang; solutio-
nem liberatur fideiuss. per except. vel solue: hic insolidum , ibi in
partes tenebat. & adde qđ not. s. e.l. in his. §. si duos. **A D D I T I O.**
Istæ duæ sol glo. non sunt veræ , secundum Bart. hic: ideo dic
secundum eundem , quđ ante solutionem nullus fideiussorum
liberatur ipso iure , sed per exceptionem descendantem ex epistles
si sunt soluendo: vt supra. eod. l. inter fideiussores. aut post
solutionē: & tunc aut fideiussor soluit pro parte sua tantum, hoc
exprimendo: aut soluit simpliciter . primo casu pro parte soluta
liberatur ipso iure . casus est hic . pro alia parte , quæ respicit fi-
deiussorem, liberatur ope exceptionis taciti paeti: vt l. si credi-
tores. C. de pac. &c. s. eo. l. in his. §. j. si vero soluit simpliciter: tunc
loquitur. l. inter eos. §. j. §. alleg.

C Vm quis .] C A S V S . Planum est hoc principium . [s i D E .
B I T O R E M .] Habebam creditorem Titium, & debito-
rem Mæuium . iussi debitorem Mæuium soluere Titio creditor
meo. postea ipso ignorante vetui ne Titius hanc pecuniam acciperet . Si debtor soluerit , liberatur si Titius acceperit hanc pecuniam non animo lucrificandi eam vel furādi . Nam si animo furādi acceperit , nummi remanent debitoris : & sic non libera-
tur à me . tamen si iste Mæuius debitor meus vult mihi cedere
conditionem furtiuam quam habet cōtra Titium creditorem
meum: dabitur sibi exceptio contra me . & ponit exemplum à simili: Si maritus habeat debitorem in centum : & volens donare
vxori iubeat debitorem soluere hanc pecuniam vxori : certe debitor non liberatur : quia nummi non fiunt mulieris. donatio enim inter virum & vxorem non valet : tamen si iste debtor vult
cedere cōditionē marito , quam habet aduersus mulierem , poterit vti except. aduersus maritum si petat ab eo . Item si mulier
hac pecuniam acceperit animo lucri faciendi , vel furendi: com-
petet marito post diuortium actio furti contra mulierem : quia
interest mariti nummos non intercipi . [D E P E C V L I O .] Ha-
bebam seruum cui dederam peculium vt negotiaretur. iste
seruus contraxit cum Mæuiio ita vt ei deberet . c. & dedit fideiussores . fui conuentus à Mæuiio: & condemnatus solui Mæuiio,
hic queritur , nunquid etiam fideiussores liberentur ? Respon.
quđ sic . nam vna pecunia soluta potest liberationem efficere
in diversis causis , sicut hic facit : quia me liberat actione de pe-

culio: & fideiussores serui liberat actione fideiussoria. & addicit Julianus simile . Nam si quis conuentus in iudicio satisdederit iudicatum solui: postea condemnatus soluat: à duabus actionibus scilicet ab actione iudicatum solui, & ab actione ex stipula-
tu , ipse & sui fideiussores liberantur. vsque ibi: [E T M A G I S
S I M I L E .] Vbi arguit contra prædicta sic : Possessor hereditatis qui se heredem esse putat: si soluat credito-
ribus , heres verus non liberatur. ergo vna solutio non effecit libe-
rationē in duabus cat-
sis . sed respondet ut
hic ideo secus est , quia iste possessor hereditati
solutus pecuniam in-
debitam suo nomine:
& ideo habet eius re-
petitionem : quamob-
rem heres non libera-
tur , cum pecunia pos-
sit creditori auferri .

Q Votiens vnius ex fideiussori-
bus suam partem soluisset , tanquam negotium reo geffisset:
perinde habendum est , ac si reus
ipse vnius fideiussoris partem b
soluisset : c sed tamen , vt non ex
forte decedat : d sed is fideiussor
solus liberatur , cuius nomine so-
lutio facta fuerit.

Si conditio adiecti mutatur in
deterius : ei non potest solui.
Bartolus.

XXXVIII. AFRICANVS libro septimo Quæstionum.

C Vm quis sibi aut Titio da-
ri stipulatus sit: magis esse air,
vt ita demum recte Titio solui
dicendum sit, si in eodē statu ma-
neat quo fuit cum stipulatio in
terponeretur . e Cæterum siue in
adoptionem siue in exilium ierit
vel aqua & igni ei interdictum ,

deficiat, remaneat seruus Stichus , & sic bene sit solutus . Sed res-
pon. quđ non liberaris : nec est expectanda conditio istius ma-
numissionis : imò ego possum agere contra te statim ad seruum
mihi soluendum . tu vero poteris condicere seruum quem
statuliberum soluisti . si vero interim conditio libertatis defece-
rit, tu eris liberatus hac solutione Stichi. & ponit Africanus iuris-
consul . exemplum : veluti si quis debet centum sub conditio-
ne , & soluit per errorem , scilicet se credens pure debere : si
conditio interim extiterit , non potest repetere . Sed pona-
mus quđ iste Stichus mortuus est : & postea conditio defi-
cit: an liberatus es ? Respon . quđ non , licet Sticho viuente si
conditio defecisset, tu fuisses liberatus & ratio est : quia isto ca-
su tua solutione nunquam dominium serui in me translustisti .
Item sequeretur inconueniens. nam si promisisti mihi seruum in
genere , & soluisti Pamphilum in quo Titius habebat vsumfru-
etum , & vsufru. non finito seruus Pamphilus deceſſisset , tu es
liberatus . quod tamen nihil est : quemadmodum si soluisses ser-
uum communem , & is interim deceſſisset . hoc dicit iste. §. diffi-
ciliſ, & ideo ieiuno stomacho scriptus . [S I Q V I S P R O R E O .]
Titius tenebatur mihi aliqua actione temporali , qui fuit missus
in prouinciam aliquam causa rei publicæ . ipso absente actio
mea præscripta est . qua de re fui male contentus . quidam ami-
cus Titij dixit mihi : ne te crucies propter præscriptionem hu-
ius actionis: ego fideiubeo pro Titio, qui nunc reuersus est . ego
habeo annum ad petendam restitutionem in integrum contra
præscriptionem istius actionis: quæ præteriit antequam peteram
restitutionem : & sic ego non potero agere contra Titium .
Nunc quæritur , an saltem ipse fideiussor teneatur , qui post præ-
scriptionē actionis fideiubendo videtur præscriptionē interru-
pisse: licet annus restitutionis præterierit ? Et Respon . q fideiussor
tenerur : quia restituitur in eum actio ex edicto : sicut resti-
tuitur actio in illum fideiussorem qui occidit hominem promis-
sum ab aliquo pro quo ipse fideiusserat : quia licet actio perire
mortuo homine, tamen quia ipse fideiussor occidit, actio in eum
restituitur . [Q V I P R O T E .] Tu acceperisti pecuniam mu-
tuam à Titio : pro qua fideiussit Mæuius: & dedit pignus pro sua
fideiussione . Mæuius iste fideiussor instituit te heredem : & sic
expirauit actio fideiussoria : quia tu teneris quasi principalis .
quæritur tamen , an pignus quod Mæuius obligauit, teneat ? Re-
spon . quđ sic . Sed ponamus quđ creditor tuus non fuit con-
tentus de fideiussione Mæuij : sed voluit à Mæuij habere alium
fideiussorem: quem etiam ipse Mæuius pro se dedit: postea te he-
redem Mæuius instituit: an etiam iste secundus fideiussor tenea-
tur ? Respon . quđ sic , sublata obligatione Mæuij pro qua pro
te fideiussit . Franciscus

e Interponeretur. facit supra de leg. iij. l. item legato. §. penult. &
de auro

de auro & argen. lega. l. ij. Sed contra supra de verb. oblig. l. eum qui ita. §. qui sibi aut filio. Solu. ibi potest me nolente: hic vero non potest me inuitu. vel ibi in filio: vel ibi in meliorem statum. Item contra. j. eo. l. Stichum aut Pamphilum. §. vsumfruct. Solu. vt ibi. Item facit. §. de condic. fur. la. siue. §. fin. & sequ. & supra de fideiuss. l. si debitori.

a Eum liberari. ipso iute. Accursius.

b Nummos. Nā cum sic fide bona accepit, trāf- fetur dominiū in do- minum propter prae- dēns mandatum: licet fuerit reuocatū. sic su- pra pro empt. l. ij. §. si à furioso. & infra de reg. iur. l. semper qui non. & supra famil. ercīc. l. cumputarem. secundū B. sed secūdū nos ali- ter intelligimus. l. illam cum putarem.

c Debitoris. in eo quod dicitur hic; & j. prox. respon. nō transire domi- niū quātūm cunque debitor soluens volue- rit transferre, est argu. cōtra. §. de acquit. pos. l. quod meo. §. si furio- so. sed aliud in posses- sione quām dominio: vt eo. tit. l. si quis vi. §. j.

d Conditionem. erat cō- sumpta pecunia: alio- quin haberet rei vind. vt supra prox. dedit in- telligi, cum dixit man- suros eos debitoris: vt patet. §. de do. inter vi. & vxo. l. vir vxori. ipse etiam furti directo te- netur: vt. §. eo. l. si quis seruo. & facit ad hanc distinctionē. §. de exer. actio. l. j. §. non autem. verbi. unde queritur. & C. de furt. l. falsus. & quod ibi nota. & §. eo. l. si quis seruo. in fine. & l. si seruus in fine. & l. vero. §. j. & j. de furt. l. si vendidero. §. si Ti- tius. & l. falsus. §. j.

e Vxori. scienti virum non posse sibi donare.

f Quoque. non solum superiori casu.

g Non liberari. ipso iure, sed vi exceptionis: vt subiicit: & §. de donat. inter vi. & vxo. l. vir vxori. in fine. sed videtur ipso iure: vt eo. tit. l. ij. §. fin. cāterum debitorem, &c. sed ibi cre- dēns donationem valere accepit, vt argu. superiotis respon.

h Si conditionem. furtiuam: vt in superiori casu. & si extat, vindicationem: vt. §. de dona. inter vir. & vxo. l. vir vxori.

i Diuortium. nam constante matrimonio non: vt. C. rerū amo. l. ij. & supra rerum amo. l. j. in fine. & l. ij.

k Competitūram. quia me inuitu contrecter. alias contra.

l Respondit. vt. §. de act. empt. l. si seruus. §. seruum. & de except. rei iudi. l. si cum testamento. §. finali.

m Causas. omnes liberatorias, ne obsit. §. l. qui hominē. §. fi. Acc.

n Reus. id est defensor qui promisit iudicatum solui. imò etiam principalis iure isto vt inst. de satisda. in principio.

o Et magis. scilicet quām dissimile.

p Indebitam. ex persona, non ex causa: vt supra de condic. inde. l. si pœnae. §. j. Accursius.

q Repetitionem. secundum hoc posset dici: quia si iste possessor qui ita soluit, de hereditate retineat quantum soluit, libertat de- ff. Nouum.

vel seruus factus sit: non recte ei solui dicēdum. tacite enim inesse hæc conuentio stipulationi video- tur, si in eadem causa maneat.

Post mandatum reuocatum de- bitor ignorans soluendo libera- tur ipso iure, si recipiens bonum animum habuerit: alias ope ex- ceptionis, si soluens condicōnē cedere sit paratus. Bart.

Si debitorem meum iusserim Titio soluere, deinde Titium ve- tuerim accipere, & debitor igno- rans soluerit: ita eum liberari existimauit, si non ea mente Ti- tius nummos acceperit, vt eos lucretur: alioquin, quoniam fur- tum eorum sit facturus, mansuros eos debitoris: & ideo liberatio- nem quidem ipso iure non posse contingere debitori: exceptione tamen ei succurri æquum esse, si paratus sit condicōnē fur- tuam quām aduersus Titium ha- bet, mihi præstare: sicuti serua- tur cum maritus vxori donatu- rus, debitorem suum iubat sol- uere. nam ibi quoq; quia num- mi mulieris non fiunt, debito- rem non liberari: sed exceptio- ne eum aduersus maritum tuen- dum esse, si condicōnē quam aduersus mulierem habet, præster: furti tamen actionem in proposito mihi post diuortium competituram, quando mea interfis interceptos nummos non esse.

Eadem solutio prodest ad diuer- sas causas obligationis tollendas. Bartolus.

De peculio cum domino actum est. is damnatus soluit. Et fideiuss. pro seruo acceptos liberari respondit. l eandem enim pecu- niā in plures causas solui pos- se, argumentum esse, quod cum iudicatum solui satisdatum est, &

bitorem à creditore, & creditorem à se: & sic vna retentio facit duas liberationes: & hoc totum dicunt deesse in litera: & sic eat. suppleri. Vel dic nihil deesse, scilicet sic. nam cum creditor her- ditarius restituit pecuniam possessori ab eo sibi solutam: parit illa pecunia liberationem in duas causas: quia tenebat resti- tuere per cōdīctionem indebiti. Item libera- tur verus heres à pos- sessore: quia possessor poterat retinere de he- reditate quantū solue- rat paratus cedere con- dict. inde. heredi: vt. §. de petit. here. l. quod si possessor, in fin. & hoc si habes in litera, simile. alias est in litera, dissi- mile: & tūc plana est. & facit. §. de peti. here. l. si quid possessor. Accur.

Qui hominem debet in genere, soluendo statuliberum, non libe- ratur si condicōnē libertatis eo vi- uo defecerit: secus si eo mortuo. Bartolus.

Qui hominem promisit: si sta- tuliberum soluat, magis puto non esse expectandam condicōnē: sed & creditorem agere posse, & illi condicōnē competere. Quod si interim condicōnē defecerit, liberatur perinde at- que si quis pendente condicōnē soluit per errorem, & antequam condiceret, condicōnē extiterit. Illud nullo modo dici conueniet, si mortuo Sticho condicōnē deficiat, liberari debitorem: quamuis si viuente eo defecerit, libe- raretur: quando isto casu nullo tempore perfectè hominem meum feceris: alioquin propè erit vt etiam si eum seruum in quo vsufructus alienus est, mihi sol- ueris, isque vsufructu manente decefferit, ea solutione liberatus videaris. quod nullo modo probandum est: sicuti si communem soluisse, isque decessisset.

Pro eo contra quem potest in integrum restitutio postulari, po- test accedere fideiussor: & rursus talis prodest reo præsenti, & non absenti. Bartolus.

Si quis pro eo reuerso fide- iusserit, qui cum reipublicæ causa

est contra: Solu. hic poterat restitutionis iure teneri reus; ibi non: ad quod est. j. eo. titu. l. si debitori. Et nota quod hic præsens re- stituitur contra absentem, quod esse potest: vt. §. qui. ex cat. mā. l. j. §. item si quis. Sed oppo. contra hunc. §. si quis. innuit enim hic. §. quod intra annum tantum possit restituī lāsus, & post ac- ceptum fideiussorem: sed contra videtur: quia dando fideiussor- em, agnoscit debitum. & sic interrumpitur præscriptio: vt. C. de præscrip. xxx. ann. l. cum notissimi. §. sed & si quis. quæ est contra. Solu. secundum R. hæc per illam corrigitur. vel dic quod ibi ante finitam actionē præscriptione agnoscatur debitum, hic post. & leuius est conservare quām suscitare. vel forte ignorante debitore intetcessit, quod fieri potest: vt. §. manda. l. ex mandato. §. j. & j. de fideiuss. l. fideiubere. vel dic etiam si det, nec per hoc agnoscatur: quia nec lite contestata perpetuatur restitutio: sed demum restitutione habita perpetuatur actio restituta: vt. C. de tempo. in integ. restitut. l. fin. Vel dic quod non fatebatur reus se debere, sed dixit, do eum in eo quod apparuerit me debere.

OO

Præsens èd- tra absentia quandoque restituitur.

a Qua. id est aliqua de iure ciuili.

b Annus. s. vtilis, intra quē poterat actor in integrū restituī. hodie quadriennū: vt. C. de temp. in integ. rest. l. fi. sed tunc opponitur: quomodo poterit præterire, cum nō potuit cōuenire fideiussorem: vt subiicit. & s. de diuer. præscrip. l. j. sed respō. q̄ mutat casum ibi, & quidē, &c.

nā primo fuit potestas experiūdi, & sic præteriit. exinde nō fuit potestas experiūdi, & sic non præteriit. & secundū hoc dices Iulia. male dixisse, quia si præteriit annus, quia fuit potestas experiūdi, & sic liberatur reus, per consequēs & fideiussor ex persona rei: vt. s. de except. l. omnes. Alij, vt Azo, dicūt, annus, scilicet cōtinuus, nō vtilis: propter id quod subiicit q̄ non fuit potestas experiūdi: & sic tota litera de vno casu dicit. & bene dicit Iulia. nam constat q̄ nec anno cōtinuo, nec biennio, nec etiā decennio cōtinuo liberatur fideiussor si nō fuit potestas experiūdi: & ita non currit vtilis annus: & potest esse q̄ non est potestas experiūdi cū fideiussore vel reo, quia forte fuit absens, vel in dignitate positi, vel in simili casu: vt plures sunt. s. qui. ex cau. ma. l.j. s.j. vsq; in fin. Itē si potuit cōuenire reū, licet non fideiussore: nūquid præteriit annus? Rn. sic. loquitur ergo cū non potuit cōuenire fideiussore, vel nec reū ex aliqua causa: & ita sicut cōtra reū, ita cōtra fideiussore nomine rei restituit intra vtile annum: aliās nō, cum possem reū cōuenire, & interrumpe re & per hoc fideiussoris obligationē: vt. C. de duobus reis. l. fina.

b Annus. etiā pro fideiussore ex persona rei liberato: quia qui potest facere vt possit, &c. vt. j. de regu. iur. l. qui potest. Alij dicunt quōd secundum hæc iura non interrumpebatur cōtra fideiussores per hoc quōd contra reum ageretur: sed hodie sic per dictam. l. vel illa in correis tantum dicit, nō in reo & fideiussore, vt hic patet cum dicit, in his casibus quos nunc seruo, &c.

c Non fuit. verum est quōd non liberatur.

d Casu. scilicet quando fuit experiūdi potestas cum reo, non cum fideiussore: vt. s. prox. & quidem, &c.

e Ex dicto. posito. s. ex qui. cau. maio. l.j. H.

f Fideiussorem. scilicet restituit vtilis ex stipulatu. Sed contra s. de dolo. l. si fideiussor. Solu. hic de æquitate, ibi de rigore: vel hic fuit fideiussor liberati debitoris, ibi liberandi: quia hic non fuit in mora debitor, ibi sic. vel plenius dic vt ibi.

g Occidit. ante moram rei, & post moram suam: quo casu vtilis actio in fideiussorem datur: vt. s. de vſur. l. mora. s. fin.

h Idem. scilicet fideiussor.

i Te. debitorem.

k Tenearis. vt. s. de fideiussl. heres à debitore. Accursius.

l Obligatum. habet enim suas conditiones hypothecaria vt daret donec debitum sit solutum, vel aliās satisfactum: vt supra de pign. l. grege. s. etiam. hoc enim pignus cum liceret ob chirographariam pecuniam etiam retinere, multo magis hoc casu tenebit. hoc in secundo fideiussore nullo modo potest dici, vt ob pecuniam in qua se non obligauit, teneatur, secundum. R. & I.

m s; idem. fideiussor. ad quod est. s. de fideiussl. Græcē.

Solutum. J. CASVS. Debebam tibi. c. aureos. volebam tibi soluere, & obtuli tibi. tu dubitabas an ista pecunia esset bona siue probabilis, noluisti eam recipere. tamen cōtentus fuisti quōd deponeretur apud quendē nummularium, donec videretur si pecunia esset bona. ista pecunia perdita est. queritur, cuius pericula perierit, tuo, an meo? Respōdetur quōd tuo periculo periit. & hoc verū est si per te stetit quo min⁹ pecunia probaretur: quia tūc habēdum est perinde ac si noluisses recipere quādo tibi obtuli. Nā quādo debitor offert pecuniam creditori, & non vult recipere, & pecunia perit: debitor liberatur. hoc ita, si debitor obtulit pecuniā debito tempore & loco. Item idem est in hoc casu: vt ecce vendo tibi certam mercē: tu promittis p ea pretium: tu eras homo modicæ fidei: quia solebas accipere quinquennellas: aut quia abnegasti proprium signum tuum manuale: ideo nolui tibi tradere merces meas antequā pecuniā mihi numerares: tandem conuenimus vt istae merces deponantur apud certū hominē, & etiā pretiū. quāruntur, cuius pericula sunt merces & pecunia deposita? Respōdetur q̄ si emptor elegerit eum apud quem deponeretur, est pericolo suo: item merx deposita est etiam pericolo emptoris. ratio: quia emptio est perfecta, & sic periculum rei venditæ trāsit ad emptorem. Franc.

n Eam fore. quia mala electio, mali. s. nūmularij, est in culpa: vt. s. de neg. gest. l. nā & seruus. Electio māle in culpa est.

o Probaretur. pecunia.

p Nolles. ad quod est. C. qui po. in pign. ha. l. j. & s. eod. l. si debitor tuus. & s. de verbo. oblig. l. interdum. in fin. & j. eod. l. qui decem. & s. commo. l. si vt certo. s. nunc videndum. versi. abesse. sed contra. s. eo. l. creditor. in prin. solu. vt ibi.

q Obtulerim. ad hoc. C. eo. l. ob signatione. & quod ibi dixi. & s. de verb. oblig. l. qui Romæ. & de vſur. l. mora. in prin.

r Deposuerint. apud eundem.

s Perfecta fit. ad hoc. s. de aet. emp. l. Julianus. s. offerri. Accur.

t I pro me.] J. CASVS. Debebā Titio. c. pro quibus obligauit ei pignus aliquod. Mæius amicus meus soluit pro me, me ignorante, dicitur hic q̄ acquiritur mihi actio pigneratia ad repetendum pignus meū. vsq; ibi, item si quis. [I T E M S I Q V I S.] Pater meus faciens testamentū instituit me heredem: & legauit certas res Titio & Seio. isti duo legatarij petierunt se mittri in possessionem causa legatorū seruandorum. postea solui legata. dicit iuris. con. q̄ legatarij debent discedere de possessione legatorum: alioquin nascitur mihi interdictum quorum legatorum ad restituēdam mihi possessionem. Seq. tres. leges sunt planæ. Franc.

u Si pro me. facit. s. e. l. solutionē. & de neg. gest. l. soluendo. Acc.

v De possessione. impropriè, cum causa legatorum seruandorum missi sunt: vt supra quo. leg. l. j. s. quod ait. versi. quæ situm. heres enim possidere non desit.

a Interdictum. quorum leg. vt supra quo. leg.l.j.§.quod ait.versi. quæsitum.vel vti possid. vt supra quib. ex cau. in poss.ca.l.hæc au- tem. §.fina.

b R E. scilicet creditor.

c solui. vt & infra de iure fisc. l. aufertur. §. in reatu. & infra eo. l. quamuis. §.j.

& supra.e.l.quod si for-
te. §. sunt quidam. ver-
si. quid ergo . excipitur
tamen crimen perduel-
lionis : vt. C. ad legem
Iuli.mai.e.l. fin. quæ est
contra . illud enim spe-
ciale est . Item fallit in
eo qui fugit : cuius bo-
na annotantur,id est se-
questrantur:vt. J. de re-
qui.reis.l.fin.§.fin. quæ
est contra.& facit. §. de
dona.l. post contractū.

[¶]Ista.l.iūcta
l.post cōtra-
ctum. alleg.
in gl facit in
ar.nūcto tex.
in. c. si tibi
absenti. de
priat li. 6. q
electores
priuādi per
sententiam,
posunt ante
priuationē
eliger. glo.
est in. c. i. §.
quod prædi-
cta. i verbo,
ipso iure. de
ele. in prag.
fanc Adde
prædictis qd
notau in a.
postil. ad. l.
post contra-
ctū. in apo-
stil. in ver.
condemna-
cio secura
fit. per tex.
ff. de dona.

d S Ed nec illud. Ne à reo.
scilicet debitore.

e N omnibus. Liberatio-
num.ipso iure: quæ
sunt.x. vt in sum. in pri.
siue hoc interueniat in
persona rei, siue fideiuf-
foris . aliud cum per ex-
ceptionem . tunc enim
distinguitur:vt supra de-
pac. l. & heredi. §. fina.
&l.nisi. &l.idem. &l.
videlicet. &l. quod di-
ctum.

f Adpromissiores. id est
fideiussores.

g Præterquā . hæc exce-
ptio dat intelligi locu-
tum esse supra siue reus
liberetur ipso iure, libe-
retur etiam fideiussor:
siue econtra : aliæ non
bene exciperet, secun-
dum H.

h Liberatur, puta reus

stipulandi successit fi-

deiussori: vel econtra.

aliud si successisset reo

debendi: vt supra de fi-

deiussl.heres. §. quod si

stipulator. &. §. quod si

id. & facit. §. tit.j.l.

nouatione. &. j. titu.j.l. &

per iusurandum. §. & fi-

deiussori. Accur.

i Numerationibus] C A S V S . Pulchra lex, & in principio suo hoc

dicit, quod sæpe vna numeratione tolluntur duæ obligatio-

Dnes.pone sic casum: Tu mutuasti mihi decem: pro quibus dediti tibi pignus.vendidi tibi hoc pignus.hic tollitur duæ actiones.Pri-
ma quæ nata erat ex hac numeratione, scilicet certi condicō ex
mutuo.Secunda quæ est ex vendito , quæ mihi competitifset si ni-
hil tibi debuissēm.Item ponit aliud exemplū : Mæius dedit cui-
dam pupillo pecuniam mutuam , postea instituit pupillum here-
dem sub conditione si hæc pecuniam soluat . si pupillus hanc pe-
cuniam soluat, videtur soluisse in duas causas . primo in debitum
sum, secundo vt legatum consequatur.Item aliud exemplū . si
Titius legauit vsumfructum certa pecunia:heres numerando pe-
cuniam legatario, duo efficit.Nam seipsum liberat, & legatarium
obligat ad restitutionem illius pecunia: finito vsumfructu . Aliud
exemplū clarum est.Franciscus.

j Vno momento . & si reus soluerit , liberatur etiam fideiussor , &
econtra: vt institu. quibus modis tollitur oblig. in princ. & supra
codem.l.cum quis. §. de peculio.hoc enim quod hic subiicit , non
est bonum exemplum : quia non est numeratio, sed remissio.pro
codem tamen est: vt supra de condic.caū.da.l.si mulier . Et idem
ff. Nouum.

in aliis exemplis in lege ista pōsitīs , vt non sint bona exempla ad
hanc regulam, sed sint similia.

k Accepit. & sic naturaliter tantum tenetur.

l Numerauerit.id est soluerit.

m In debitum suum. quod dic naturale , quia proximus pubertati
erat : aliæ nec naturaliter: vt supra de act. &

obliga. l. pupillus . si e-
nī implenda conditionis causa tantum da-
retur heredi, non impi-
taretur in Falci. R o. vt
supra ad. l. Falci. si pu-
pillus. & facit. §. quādo
dies lega.cedit.l.cum il-
lud. §.heres.

n sibi legatarium. de tā-
ta pecunia restituenda
finito vsumfruct. nec ob.
§.eo.l. qui hominem. §.
fi. & de condic. indebi.
l. cum is. §.j.vbi eadem
solutio non parit duos
cōtrarios effectus: quia
hic non sunt contrarij.
Est enim alia causalib-
randi, & alia obligandi:
at tunc essent contrarij
quando liberaret debi-
torem, & repeteretur vt
indebitum.

o Vamuis.] C A S V S . In vulgo. est
Sempronius du-
lex, Callipo-
xerat in vxorem Ber-
tam : à qua dotem . c.
aureorū receperat : pro
qua dote obligauit sibi
fundos quosdā, & pro-
misit quod si matrimon-
ium solueretur , daret
in solutum hos fundos
pro dote . solutum est
matrimonium. nūc du-
bitatur vtrum mulier
possit fundos istos pe-
tere? Respon. quod nō,
si maritus vult reddere
dotem quam accepit .

p IDEM F R O N T O-
N I.] Seius fuit tutor a-
licuius pupilli. accusat^s
est crimine capitali ab
aliquo: tamen perseue-
rauit in administratio-
ne. queritur an debito-
res pupilli possint huic
tutori soluere? Respon.
quod sic.Fran.

q Quamuis. aliæ quam-
uis: & aliæ Calipodius

Si species pro specie soluta cuin-
catur in totum vel in partē , libe-
ratio non contingit.Barto.

r MARCIANVS libro tertio
Regularum.

S I quis aliā rē pro alia volēti sol-
uerit,& euīcta fuerit res, manet
pristina obligatio. & si pro parte
fuerit euīcta, tamē p solidō obli-

respon. quamuis &c.

P spōnōderit. constante matrimonio.

q Dotierant id est pro dote, quæ erat centum pōne.

r obligata. vxori pro ea reddenda.

f Offerri. vxori cui promisit.sic.C. de pac. pig.l.j. Sed cōtra supra
P Er procuratorem nec liberari nec liberare quisquā acceptilatione sine mandato ¹ potest.

IV. POMPONIVS libro nono ad Sabinum.

A Cceptilatio sub conditione fieri non potest. ^k

V. VLPIANVS libro trigensimo- quartu ad Sabinum.

I N diem acceptilatio facta, nullius est momenti. nam solutionis exemplo ¹ acceptilatio solet liberare.

C Acceptilatio generalis refertur ad omnia nisi appareat esse sensum de certis. Barto.

VI. IDEM libro quadragesimo- secundo ad Sabinum.

P Luribus stipulationib. factis, si promissor ita accepto rogasset, Quod ego tibi promisi, habésne acceptum? si quidem appetet quid actum est: id solum per acceptilationem sublatum ^m est. Si non appetet, omnes stipulations ⁿ solutæ sunt: dummodo illud scia-

bebas: volui autē te liberare ex die: non valet: quia statim es liberatus, ita & hic secundū quosdā. sed secundum hoc videtur valere habita die pro non apposita: quod est falsum: vt infra de reg. iur. l. actus. vnde dic esse simile: quia neutra statim liberat. plane adueniente die, solutione in diem facta liberabit: vt. s. titu. j. l. sub conditione. sed non acceptilatio: quia initium habuit vitiosum: vt. d. l. actus. & est ratio: quia in solutione sibi debitum habet. & facit ad hanc similitudinem institu. quibus modis tollitur obligatio. §. itē per acceptilationem. & s. de libera. lega. l. non solum. §. j.

P Luribus stipulationibus.] CASVS. Promisi tibi. x. ex causa venditionis. Item alia. x. ex causa mutui. Item alia. x. ex causa locationis. postea sic à te rogo: Titi habésne acceptum quod tibi promisi? vtrum omnes summæ solutæ vel sublatæ videantur? Et distinguitur. nam si appetet quod non remisisti nisi duas summas: illæ tantum remissæ videntur. quod si appetere non potest: omnes summæ videntur esse remissæ. sed si tu mihi acceptum tulisti id quod debebam tibi ex causa venditionis: ego autem à te rogo: quod tibi debebam ex causa mutui: nihil valet acceptilatio penitus. lex sequens ponit verba quibus etiam potest fieri acceptilatio Franci. Accursius.

m Sublatum est. vt. & J. eo. l. & vno. in princ. & l. fi.

n Omnes stipulations. sic. s. de tute. l. qui haber. §. fi. & insti. de inutil. stipulatio. §. quotiens. & s. de testa. tute. si quis ita. in princ. Sed contra. s. de liberis & posthumis. l. ij. Sol. & ibi pro fauore

respondeatur. & sic respon. supra de in diem addic. l. cum duo. quæ est ar. contra.

a Acceptilationem. vt. s. de act. & oblig. l. in omnibus.

A N utilis.] C A S V S . Tu & ego facimus acceptilationem in utilem de aliquo debito. quæritur utrum saltem talis acceptilation habeat vim nudi pacti: vt sic virtute huius tollatur obligatio: Respon. quod non. Diceret aliquis, quomodo potest fieri quod inter nos non fuerit saltē nudus consensus? Respō. quod imò: quia ponamus quod ego sciebam nullius momenti fore acceptilationem quam faciebā: certe non habebit vim nudi pacti: cum nullum consensum habuerim pacisciendi quādo sciens fui in hoc. §.

Recte sic Flor perpetrā in vulg. & nī in hoc quoque cō sensum est, non habet paclū. An. Aug. lib. 1. c. 2. qui tamen locū esse lubricū ait.

seq. planus est. [A C C E P T O .] Stichus erat seruus communis Titij & Mæuij. Titius debebat Mæuij. c. Stichus dicit Mæuij: habésne acceptum quod tibi Titius dominus meus debet? vtrum talis acceptilation communis serui valeat pro altero dominorū? Respō. q. sic. & probat auctoritate: & hoc probat dicto Labeonis: qd clarum est. §. seq. planus est, & allegatur sēpissime ad hoc, q. per quod aliquid ligatur, per illud etiam soluitur. [F I L I V S - F A M I L I A S .] Filius meus cōtraxit tecum, & promisit tibi centum. certū est quod obligatur tibi: tamen me non potest obligare ex suo contratu de iure ciuili. Nunc quæritur utrū ipse filius possit liberari per acceptilationem quæ est de iure ciuili? Respō. quod sic. sed ego acceptū rogando pro filio meo, nihil ago. sed etiā seruus si sit obligatus, potest p acceptilationem libera-ri: vt plerunque etiam tollantur obligationes honoratiæ propter acceptilationē: vt sunt actiones de peculio: de in rem verso: & quod iussu: quæ datur aduersus patrem, & aduersus dominum. Et potest acceptilation fieri etiam lingua Græca: dummodo fiat similibus verbis quibus fit Latinè: vt sic, habes accepta. xx? Respondeat creditor, accepta habeo. Duæ. ll. sequen. planæ sunt. Fran. Accursius.

b Et nisi in hoc communis litera est, & nisi in hoc quoq; consensum est, non habet paclū. secundū P. est, nisi in hoc quoque contra sensum est, habet paclū. & sic vna est contraria in sensu alteri. Quid ergo dices? an habeat inutilis acceptilation vim pacti? Respon. secundū B. non. & pro eo est communis litera. sed Azo dicit quod sic. & pro eo est Pisa. litera. sic & pro eo. §. de pactis. si vnu. §. si acceptatio. & respon. Azo ad cōmūnē literā quasi hoc semper sensum sit. at Bul. ad Pisam: quia nisi, legebat pro si non: & omittebat, non: hoc modo, si non in hoc cōtra sensum est, nō habet paclū. sic & j. de capti. l. in bello. in princ. & secundum hoc idem est sensus vtriusq; literæ. & ad. l. si vnu. respondebat quasi id sensum fuerit vt haberet paclū. Tu dic quod si est inutilis acceptilation ratione ineptæ conceptionis, vt quia inter absentes, vel sub conditione vel in diem: vt tunc non habeat vim pacti, argu. §. de constit. pec. l. j. §. eum qui. si autem ratione rei super qua interponitur, vt quia super obliga. iurisgen. tunc habet vim pacti, non

acceptilationis: vt. j. eo. l. si accepto latum. & s. de rescind. venditio. l. cum emptor. & sic intelligitur illa de pactis. & secundum hoc est planus sensus huius legis: quia secundum communem litteram dices quod ratione rei sit inutilis: secundū Pisa. dices quod ratione ineptæ conceptionis. nisi exponas nisi, pro si non: vt dixi: quia tunc etiam Pisa. li-

tera portat eundem sensum quē cōmunis. Ter- tij habet literam talem, nisi contra sensum est, non habet pactum. & tunc idem sonat quod prima communis.

c Scientem. idem & in non sciente, secundum B. sed quia dubitare q̄s vel etiam iuste poterat: nam hodie quidam hēsitāt: ideo indubitabile ponit exemplum. & facit. s. de here. ven. l. hoc autem. &. C. de iurisdi. om. iu. l. j. &. s. de act. & oblig. l. obligationum. §. pe. &. §. fin.

d Non habuerit. certe nullus.

e stipulari. vt. s. de sti- pu. ser. l. proinde. Acc.

f Et ipsa. bona ratio: vt infra de reg. iur. l. ni- hil tam naturale. & in- stit. eodem. id est quib. mo. tol. obli. §. item per acceptilationem.

g Tollī. vt liberatio ip- so iure sequatur. Ioan. vel non potest tolli sci- licet potestas accep- tilationis: tollitur tamen obligatio consensu cō-

tracta potestate pacti: bes acce- vt. s. de rescin. ven. l. cū pto. dena- rios tot. ac- ceptos ha- beo.

i x. P A V L V S libro duodecimo ad sabinum.

P Ars stipulationis accepto fieri potest, non tantum si sic dicat: Ex nummis decem quos tibi promisi, quinque habésne acceptos? sed & si sic: quod ego tibi promisi, id pro parte dimidia habesne acceptum?

x. P O M P O N I V S libro vicen- simo- sexto ad sabinum.

S Ed & si nō numerata pecunia, sed certū corp⁹, veluti homo i stipulationē deduc⁹ est: potest ex pte acceptatio fieri: quomodo

torio. Sed non est ratio: quia seruus nō est obligatus ciuiliter: ac- cepto tamen rogare potest: vt subiicit: sed dices verbis obligatum seruum naturaliter.

D i Honoraria. ergo & quod non verbis cōtractum est, per acceptila- tionem tamen tollitur? Respon. hoc non principaliter fieri, sed per quandam consequentiam. nam principali obligatione ciuili sublata, illa prætoria non remanet: & sic in superiori casu erit: vt s. de verbo. obli. l. cū filius. & facit. j. eo. l. species. §. sed & si seruo. Item dic, tolluntur hic ipso iure per nouat. nam obligatio magis dicitur transfundi, quām tolli: quippe cum alia in locum prioris substituitur, non tollitur obligatio, cum non contingat liberatio, licet tollatur ex prima causa. & argu. sume hic quod potest colligi ex duabus. ll. vt. s. de bonorum poss. ex testamento mili. in fi. titu. & de mili. test. l. antepe.

m Quia. recte accepto feratur seruo, quia hoc &c. Io.

n Iurisgentiū. p approbationē: vel pppter paclū qđ in se cōtinet. Io.

o Et ideo. non est bonum hoc ideo, quia idem esset, si esset de solo iure ciuili. & facit insti. quibus mod. tol. obli. §. sed & Græcē.

p Ars. facit insti. qui. mo. tol. oblig. §. sicut autem. &. s. de lib. leg. l. non solum. j. in prin. &. s. l. pluribus.

q S Ed & si non numerata. Quomodo, id est sicut diuiditur enim obliatio inter coheredes: & pars vni ex heredibus compe- tens

tens accepto ferri potest: vt supra de verb. obliga. l.ij. §. si tamen. verific. idemque. item facit supra titut. j. l. si stipulatus sum. §. qui A decem.

Species acquirendi.] **C A S V S.** Habeo vsumfructum in Sticho seruo. iste seruus potest me liberare à creditore meo, acceptum rogando: quia potest mihi acquirere, & liberare à debito: quæ est species acquirendi. Idem in seruo qui mihi bona fide seruit. Itē si seruus tuus mihi aliquid promittat, & ego ei acceptū tulero: ipse liberabitur & dominus eius ab actionibus pretoriis quibus pro seruo tenebatur: sicut est actio de peculio, de in rem verso, &c. [s i S E R V V S.] Titius mortuus est, cuius hereditas nondum est adita. erat autem in eadē hereditate seruus Stichus, qui ante aditam hereditatem accepto rogauit aliqua debita Titij domini sui quondam. quæritur an hereditas per hanc acceptilationē liberetur? Respon. quod sic. Item dominus est apud hostes: seruus eius potest eum liberare acceptū rogādo à creditoribus suis: & liberabitur dominus cū reuersus fuerit ab hostib⁹ iure postliminij: quia etiam dominio qui est apud hostes, seruus stipulari potest. lex sequen. plana est. Franc. Accursius.

a. Obligatione. ciuili.

b. Potest. vt supra de vsumfruct. sed sicuti. & de pact. l. si debitor. & de solu. l. si debitor sit.

c. Idem fiet. vt & supra de vsum & ha. l. per seruum. in princip.

d. Sed & si seruus alieno.

e. Promisit. ex causa peculiari.

f. Actiones. vt & supra. l. an inutilis. §. fin.

g. Dicendum est. videtur enim facta quasi in ciuitate sit is cuius seruus sit: cum contra eum ex postfacto in ciuitate esse credatur.

h. Seruus potest. & valet si reddit dominus: vt supra de stipu. ser. l. si seruus communis. §. seruus.

i. Q uod in diem. incertum: ne sit contra supra de nouatio. l. si Stichum. §. legata. vel solue vt ibi. Accursius.

k. Extiterit. vt simul committatur & tollatur: vt supra de noua. l. si Stichum. §. si quis ita. & facit supra de solu. l. sub conditione. & de iure do. l. licet. in princ.

Et per iusurandum.] **C A S V S.** Cum serui manumittuntur, imponuntur eis operæ certæ, quas iurat se præstituros ipsis patronis suis. quæritur vtrum tales operæ possint accepto ferri? Respon. quod sic. §. sequens planus est. [I L L V D C E R T V M E S T.] Tu promisisti mihi fundū. ego tibi accepto tuli viam, vel vsumfruct. certe talis acceptilatio non valet. nam qui acceptū fert aliquid, debet totū vel partē eius acceptā ferre. vsumfructus autem vel via non sunt partes fundi: & ponit exemplū: vt si quis domū stipuletur, & accepto ferat cementa vel fenestrās. nam talis acceptilatio non valet. In. §. se. glo. ponit casum. [s i s q v i h o m i n e m.] Promisisti mihi hominem in genere: ego tibi Stichū accepto tuli. vtrum talis acceptilatio aliquid operetur? Respon. quod sic: quia tollit totā obligationē. & est ratio: quia si in genere tibi promisi hominem, poterā illum Stichū tibi soluendo liberari. [E V M Q V I F V N D V M.] Stipulatus sum à te fundum. tu

& vni ex heredibus acceptum fieri potest.

x. P A V L V S libro duodecimo ad Sabinum.

Species acquirendi est, libera-re dominum obligatione: & ideo fructuarius quoque seruus liberare acceptum rogando fructuarium potest: b quia ex re eius videtur ei adquirere. Sed & si vsum tantum habemus, idem fiet. c Idemque dicemus & in eo qui bona fide nobis seruit, & in cæteris qui nostro iuri subiecti sunt. Sed & si seruo d quod ipse mihi promisit, e acceptum fecero: inutiles mihi erunt aduersus dominum honorariæ actiones, f quæ de peculio vel in rem videntur. Si seruus hereditarius ante aditam hereditatem acceptum roget quod defunctus promisit, verius puto contingere libera-tionem: vt per hoc hereditas ipsa liberetur. Sed & si dominus apud hostes sit: dicendum g est iure postliminij confirmari acceptilationem. Nam & stipulari ei qui apud hostes est, seruus potest. h

xii. P O M P O N I V S libro vicen-simosexto ad Sabinum.

Q uod in diem i vel sub con-ditione debetur, acceptila-tionem tolli potest. sed ita id fa-ctum apparebit, si conditio stipulationis extiterit, k vel dies ve-nierit.

Obligatio iuramenti potest per acceptilationem resolu. Bal.

promisisti etiam te nihil in hac promissione dolī commissurum. quæritur vtrum possim tibi accepto ferre dolum comprehēsum in hac clausula? Respon. quod non, si nondum sit commissus. si vero commissus iam sit: tunc possim tibi acceptum ferre. §. seq. planus est. [s i F I D E I V S S O R I.] Mutuauit tibi decem, & non sum stipulatus ea mihi reddi: sic tu es mihi re obligatus. dedisti fideiussorem mihi pro his x. huic fideiussori acceptum tuli. quæritur vtrum tu liberatus sis per hanc acceptilationem: Respon. quod sic. [s i L E G A T O R V M.] Titius faciens testamē-tum, legavit mihi fundū Sempronianū sub conditione si imperator in Italianam venefit. heres Titij dedit fideiussorem pro his legatis soluendis: ego accepto tuli huic fideiussori: quæritur vtrum he-res Titij liberetur à praestatione legati istius? Respo-detur quod nō: imò tenebitur illud soluere cōditione existente: & est speciale in legatis. aliás contra: vt supra. §. proxi. [Q V I T A S T I P U L A T V R.] Eramus simili-tu & ego. dixi tibi: Ro-go te, crede Titio amico meo centum: ego fideiubeo pro eo. pōste statim antequam pecuniam numerares Titio, acceptum tuli tibi: si postea Titio credideris, quæritur an ipse teneatur? Respon. quod sic. nam licet ipse fideiussor non ante li-beretur aut obligetur quām reo creditum sit: reus tamen non po-test priori vel antiquiori obligatione liberari, quām sit eius obligatio. Duo. §. §. sequen. plani sunt cum. l. sequē-

Franciscus Accursius.

I Obligationem. quæ verbis fit: non dico stipulatoris: quia tunc non esset dubium: licet iusurandum interueniat.

m Verum est. nam & hæc obligatio quodammodo verbis est. & facit supra de ope. lib. l. vt iurisurandi. Accursius.

n Partus fundi. quia recipit diuisionem: vt supra de vsumfruct. l. v. sed p̄diales seruitutes non: vt hic, & supra de verbo. oblig. l. ij. §. j. & ad legem Falc. l. j. §. si vsumfruct. Accursius.

o Si tamen viam. quæ & ipsa diuisionem non recipit: vt & supra de verb. oblig. l. stipulationes non di.

p Momenti. supra si serui. vind. l. loci. §. j. contra. Solu. aliud est à princ. constituere separatim: aliud post constitutionem separare. sic & eodem modo soluitur aliud contra supra de serui. rusti. p̄edio. l. qui sella. in prin. & versi. qui viam.

q Partes non sunt. imò vsumfruct. est pars fundi: vt supra de verb. oblig. qui vsumfructum. & de fideiuss. l. si à reo. §. si reo. quæ est contra. Solu. hic in obligatione erat causalis: quæ non potest separari à proprietate: sed in contrariis de forma loquitur.

r Diætam. id est cœnaculum: vt infra de extraordinariis crimi-nibus. l. saccularij. j. in princ. ibi. iterum qui diætarij.

s Si quis vsumfructum stipulatus. id est in quo inest vsumfruct.

t Vsum. id est seruitute vsum. debetur enim vsum ut commoditas, non vt seruitus constituto vsumfruct. & facit supra qui. mo. vsumfruct. amit. l. is qui vsumfruct.

u Non continget. scilicet in aliquo.

a] alias est
lex. Sed si de
fructu &c.

[†] Præt. rū
obsoletum,
pro sustulit
te.

a Valere. sic argumentatur. potest constitui vñus separati: ergo etiā remitti separati. videtur ergo quod remaneat fructus sine A vñu, quod non potest esse: vt supra de vñu & ha. per seruum. §.j. ibi, & fructus quidem, &c. & ibi, denique si, &c. & ibi, sed si de fructu, &c. ^a quæ est contra. Sol. non potest dici quasi hic tollatur seruitus vñusfru. vel dic vñusfru. sine seruitute vñus remaneat: sed nō sine commoditate: licet ibi sic notent quidam: quia hic non erat nisi seruitus vñusfru. sed potes dicere quod valet haec remissio: & tu proprietarius iam possis alij dare vñsum, & ego habeo communitatem vñus cum fructu, si supereft aliquid: alias non: vt supra de vñu & habi. l. fundi. & de vñusfruct. l. si alij.

b Totam. supra. de pac. l. si vñus. §. sed si generaliter: contra. Solu. hic in totum renuntiauit obligationi. §. non. fecit enim pactum de nō petendo Stichum tantum: sed alium petere debebat. vel forte aliud in pacto, aliud in acceptilatione dicendū est. vel hic erat elec̄tio promissoris: ibi stipulatoris. Item secundum Ir. aliter in seruo legato in genere: quo casu si Pamphilus repudiatur, nihil obest: vt supra de op. leg. l. homine.

c Inuit. ad hoc facit supra si cer. peta. l. iij. §. j. Accursius.

d Dolo malo. siue fuit expressa in promittēdo clausula dolii, siue non: nō potest accepto ferri ante dolū commissum: quia nihil pro dolo debetur: vt hic dicit. Sed si iam erat cōmissus, remitti potest: vt. §. de pac. l. si vñus. §. illud. & §. pacta quæ turpē. sed videtur etiā pro futuro valere, & expectare eū committi: vt arg. §. eo. l. quod in diem. sed hoc esset contra bonos mores expectare: vt. d. l. de pac. &. §. depositi. l. j. §. si cōuenit. Item dolo cōmiso fieri potest acceptilatio, etiam si non fuerit stipulator expresse dolum malum abesse: quia ex promissione fundi: & ita verbis tenetur ad nō committendum dolum malum: vt arg. supra eo. l. iij. in princ.

e Accepto ferre. nihil enim ex ea debetur ante dolum cōmissum.

f Constitut. scilicet doli clausula.

g Fertur. vnde non valet: vt. §. eo. l. pluribus. in fin.

h Manebunt. supra de pac. l. si vñus. §. sed si stipulator. cōtra. Sed non est contra: quia vbi acceptilatio est in vno factō, & tenet tota facta, tollitur obligatio: vt ibi: quia fuit pura stipulatio, licet alternatiua. hic autem non tenuit re perempta pendente condit. vnde cum in ea non tenuit: nec in altera quæ iam inerat racite, valet: vt arg. de serui. rustic. prædio. l. item. §. qui habet.

i Si fideiussori. efficaciter obligato, vel non: vt. §. ad Velleia. l. quamvis. §. Marcellus. &. §. si mulier. Azo.

k Liberetur. hic est cōtra. §. eo. l. an inutilis. §. accepto. Solu. consequitur reus per aliū, quod per se non potest. arg. §. quæ res pig.

obli. pos. l. Aristo. vel nō per acceptilatioñ, sed per cōsequentiā, vel per exceptionem. Item cōtra. j. prox. §. si legatorum. Solu. vt ibi. Item contra. j. eo. §. qui ita, sed ibi appetet solu. in fin. Itēm facit. §. manda. l. inter causas. §. abesse. versi. si is. & l. id ēmque. §. fin. & l. si vero non remunerādi. in princ. & de transact. l. post rem. §. j.

l Si legatorū. s. nomine.

m Debebuntur. à reo. ergo per acceptilatioñ factam fideiussori tōn porrigitur liberatio ad reum. & sic est contra supra prox. §. Solu. hic in persona fideiussoris tantum, & sic personalis: ibi in rem facta fuit acceptilatio, secundum R. & Ir. Vel pone hic casum vt supra de fideiussori. pe. Vel dic sp̄ciale in legato conditioñali: in quo sicut interīm legatarius non est creditor, sic nec alius debitor: vt. §. de actio. & obliga. l. is cui. & sic non potest accepto ferri etiam in rem vt reo proficiat: vt argu. infra prox. §. ipse tamen fideiussor & obligabitur & liberabitur eodem tempore: vt ibi dices: siue in personam siue in rem fuit facta. & eidem modis solue aliud cōtra supra man. id ēmque. §. fi. & l. si vero nō remunerandi. in princ. Item contra. huic & inferiori. §. j. eo. si ex pluribus. §. fin. Solu. vt ibi.

n Conditione. siue legatarius eum remunerare voluerit, siue alias dōnaturus erat. ad quod facit supra man. l. id ēmque. in fin. Accursius.

o Quandoque. alias quādoque: alias quando-cunque. Accursius.

p Et. scilicet Titio.

q Res. tunc enim obligatur & liberatur: vt hic, & supra de noua. l. si Stichum. §. si quis ita.

r Possunt enim. vt supra de nouat. l. nouare. §. pupilli.

s His. etiā pupilli vel domini nomine accipientibus: nisi speciale mandatum procurator habeat à domino: vt. §. eo. l. per procuratorem.

t Liberetur. vt. §. titu. j. l. si debitor tuus.

u Ex pluribus reis. scilicet qui sunt socij.

x In solidum. vt. §. de pac. si vñus. j. respon. cōtra. Solu. aliud in acceptilatioñ quād in pacto, arg. §. de lib. leg. l. si quis reum. §. fi. & j. prox. respō. & facit. §. de duobus reis. l. cū duo. & de inoffi. test. l. nihil. §. fi. & de noua. l. si rē. §. si duo. & est id ēcōtra, vt vno debitore liberato alter liberetur si socij sunt in vtroq; casu. Accur.

y Nisi consentiat. Verū est. id est nisi id vere debetur quod, &c. Verba. obligatoria.

z Resolui. i. dissolui quæ, &c. vt. §. e. l. an inutilis. §. acceptum. Acc.

S Iis qui Stichum.] c ASVS. Tu promissisti mihi Stichum serum solū. vetis ad me, & dicis: Stichū quem tibi promisi, & Pamphilum, habēsne acceptum? an talis acceptilatio valeat? Respon. quod sic, & Pamphilus superflue appositus est in hac acceptilatioñe. & ponit tex. aliud exemplum quod planum est. Franc.

Pro superfluo.

a Pro superuacuo. sicut in obligado non nocet superfluū, ita nec dis soluēdo; vt. s. de ver. oblig. quæ extrinsecus. &c. l. v. §. fi. & l. fi mihi.

b Nomine. non solum Stichi in superiori casu. & facit. s. de pac. l. si vnu. §. si cum mihi. & s. pro empt. l. emperor.

c I ex pluribus.] CASVS. Titius, Mæuius, & Seius promiserūt mi-

hi. c. aureos: ego acceptū fero Titio. certe alij etiā liberātur nō ea ratione q. ipsis etiam sit accepto latam: sed quia ille cui acceptū tuli, videtur mihi soluisse pro se & pro aliis. l. seq. plana est. Fran. Accur.

d Liberatur. imd cōtra: vt. s. de verb. obli. l. ij. §. si tamen. Sol. ibi in personā, hic in rem acceptilationem factam intellege. vel vt ibi. & facit C. de diuer. re. l. j.

e Soluisse. solutione vnius cæteri liberātur: vt supra de lib. leg. non sol. l. j. §. j. Accur.

f Et iudicatus. vt. s. e. & per iusurā. §. si legatorum. & §. qui ita. cōtra. Sol. hic etiam ante sententiam erat obligatus: & sic non condēnatus: ibi nō. Vel dic q. hic fuit fideiussor iudicati, id est condēnati hominis: ibi non. prima placet. & facit. s. de lega. j. nō quo- cunq. §. qui Caium.

g Q uis hominem. dicas hominem certum: & quod subiicit, aut decem: dic nō simul & c. & sic est disiūctio legis, non hominis. & sic vera sunt quæ sequuntur, vt. v. acceptolatis, tollatur in. v. obligatio: & parte Stichi acceptolata, tollatur pro ea parte obligatio. ad quod est. s. titu. j. l. si stipulatus. §. qui decem. & secundum hoc nihil est contra. si autem dices hominē in genere promissum, partem Stichi accepto latam: tunc nō liberaris etiam in parte,

* acceptatio. Vaticano legitur, vt & in meis manus. Inst. quib. modis tollitur obli. vbi quādam addit. Iustin.

ne plus operetur acceptilatio, quā solutio: vt. d. l. si stipulatus. quæ esset contra. Sed contra dicere posses, q. licet partem petere possit, non tamen sequitur quod in parte liberetur. Item si dices quod esset alternatiua stipulatio: tunc esset cōtra. s. de condic. inde. si non sortem. §. si decem. sed solue vt ibi. & facit supra de res. ven. l. Proculus. ADDITIO. Dic quod aliud in solutione, vt in contrariis: aliud in acceptilatione, vt hic: & ratio est, quia solutio partis non parit liberationem: nec si solueretur pars in alia re, sequeretur inconueniens quod ponitur in. l. in executione. §. pro parte. supra de verbo. oblig. quod inconueniens non potest habere locum quando quis liberatur per acceptilationem, vt hic. idem in eo qui à parte soluitur per sententiam: vt. l. ij. §. si tamen hominem supra de verb. oblig. Bart. hic.

h Aut partem. Et si partem hominis quam stipulatus est, acceptā fecit. Accurios.

i T vno.] CASVS. Contraxi cum Titio multis vicibus: ita quod mihi tenetur ex pluribus causis. ego possum ei accepto ferre ex vno contractu, aliis exceptis, vel ex omnibus, si volo. & vna acceptilatione omnes contractus possunt tolli. §. seq. ponit verba

& formam acceptilationis: quam formam seruare tutum est: quare non indiget casus positione. Fran.

j Certis. vbi dandum: incertis, vbi faciendum continetur in stipulatione.

k Fieri potest. ad quod. s. eo. l. pluribus. & s. tit. j. l. si ex pluribus.

l Actio. in personam.

m Petatio. in rem.

n Persecutio est. scilicet fideicommissi.

o stipulatus est. De prima persona transit ad tertiam. sic. C. de in ius vocan. l. fi.

p Quod numerius. hic finitetur sūti. Aquilia. & incipit acceptilatio. sed qualiter nouat rei vin? Respō. stipulabor pretium rei, vnde quādam vēditio intelligitur interuenire, & to lum pretium deberi.

q I accepto latum.] CASVS. Mutuaui tibi. c. & sum à te stipulatus ea mihi reddi. sic es mihi obligatus re. acceptū tibi fero. certe tu non liberaris ipso iure: sed tamen si petam à te illa.

c. tu poteris mihi oppone exceptionem doli mali, vel pacti conuenienti. [INTER.] Iste. §. ponit differentiā inter ista duo genera liberationum. vnu est quod vocatur apacha. & quid sit, vide in gto. aliud est acceptilatio. & est differentia inter ista duo. nā per acceptilationē debitor liberatur, etiam si pecunia non soluat. per apocham vero non, nisi pecuniam soluat.

r Sed exceptione. per hoc appetat quod non iure acceptilationis, sed pacti: vt. s. de res. ven. l. cum emptor.

s Poteſt. distinguitur ergo quare acceptilatio deficit. Io. vt. no. s. eo. l. an inutilis. in princ. & s. de pac. si vnu. §. pe. f Apocham. fit enim apocha, vt ex ea solutio probetur: qua confitetur creditor sibi solutum: & datur debitori. sed antepocha est est contra: vt. C. de fine instru. l. plures.

t I accepto fuerit.] CASVS. Conueni te in iudicio. tuus procurator satisdedit iudicatum solui. quæ satisdatio tria in se continet. Primo, vt solutatur iudicatum. Secundo, vt dolus absit. Tertio, vt defendatur res. ego accepto fero tibi clausulam ob rem iudicata. certe alia duæ clausulæ sunt etiam sublatæ. Fran.

u Si accepto. quod verbū sonat scilicet soluere condemnationem.

v stipulationis. scilicet de dolo, & de defensione. It. vt. j. iud. sol. l. iudicatum solui.

w I sub conditione.] CASVS. Titius testamento suo legauit mihi fundum sub conditione si nauis ex Asia venerit. ego hoc legatum stipulatus sum pure mihi dari animo nouandi. postea ante conditionis euētum acceptum fero heredi stipulationem. si post conditionis extiterit: non possum petere legatum, neque ex testamento, neque ex stipulatione. Ex testamento non: quia actio quā habebam, est nouata per stipulationem, quam interposui animo nouandi. ex stipulatione non: quia sublata est per acceptilationē; & sic nullo iure possum petere legatum, vbiique oppositis obicibus. l. seq. plana est. Fran. Accurios.

x Datum. id est relictum.

y Nouādi causa. amphibolia. nam vel legatum purum est, & stipu-

latio conditionalis: vel econtrá legatum conditionale, & stipula-
tio pura: vt supra de noua.l. quotiens. in princ. & §.j. vt & illa, ve-
rum est canem comedere panem.

a *S* Eruus facere potest. quod domino debetur, nisi primo sibi stipu-
letur animo nouandi: vt. §.eo.l. & per iusurandum. §.tutor.

Lego tibi.] C. A. S. V. S.

STU & ego cōtraxi-
mus inuicem vendēdo,
emendo, locando, con-
ditēdo: & sic sunt mu-
tuę obligationes. ego ti-
bi acceptū fero. certe tu
non solus liberaris, sed
etiam ego liberor. hoc
verum est si nōdum res
interuenit: aut ab altera
parte tantum res inter-
cessit. Franc.

b Per acceptationem. nō
natura acceptilationis,
sed conuentionis: vt sup-
ra de rescin. vendi. l. cū
emtor. & sic non ob.
supra eodem. l. an inuti-
lis. §.acceptum. Item cō-
tra. huic. l. supra de pac.
l. si conuenerit. Sōl. hic
erat res integra: ibi nō:
vel vt ibi. Et eodem mo-
do solu. aliud contra. su-
pra loca. l. si tibi habita-
tionem. Item nec con-
tra supra de contrahē-
empt. l. sed Celsus. §. si
fundus. quia & ibi fu-
reunt facta pācta. in ca-
sum illum quando non
esset res integra. Item
ibi agebatur vt ex alte-
ra parte tolleretur obli-
gatio.

* Flo. vtrin-
que.

Vulg. De
prætoris fi-
pulationib⁹.

**DE STIPULATIONI-
bus prætoriis.**

Dixit supra de verborum obliga. de stipulatione in genere: nunc in specie:
vel ibi de ciuilibus principaliter, hic de prætoriis.

Stipulations prætoriae sunt qua edicto prætoris interponi iubentur, &
qua ex eodem edicto certam formam habent cui nihil addi vel detrahi vel
immutari potest. Habent ea multa p̄cipua, ut per procuratorem ex eis do-
mino adquiratur utilis actio. l. 3. & 5. hoc titu. Ut electio sit stipulatoris si
disunctum stipuletur, verbi gratia, opus restitu vel quanti ea res est dari
l. 21. §. siue autem & §. sequen. De op. no. nunt. Ut ambiguus sermo stipula-
tionis non continuo accipiatur contra stipulatorem. l. 9. hoc titul. Ut valeat etiam sine adiectione diei, veluti iudicio sibi non adiecta die qua sibi
eportet. l. de die in pr. Qui satisda. cog. l. si finita in pr. De damn. infect. Ita-
que non abs re separati datur titulus. De stipulationibus prætoriis. Cuius.

PRÆTORIARUM. Ista lex primo diuiditur in duas partes princi-
pales. Nam primo facit diuisionem stipulationum præto-
riarum. Secundo declarat qua stipulations exigunt nu-
dam reprobationem: & qua satisfactionem. Prima pars in prin-
cipio, secunda in §. stipulationum istarum. prima pars subdiuidi-
tur in tres: quia primo ostendit qua sint stipulations prætoriae
iudiciales. secundo, qua conuentionales. tertio, qua communes. D
prima ibi, iudiciales. secunda ibi, cautionales. tercias ibi, communes sunt. Secunda pars diuiditur in duas: quia primo ostendit qua
satisfactionem requirunt. secundo, qua nudam reprobationem.
habita hac diuisione huius legis, de se clara est: quia ponit plana
exempla. Francis. Accursius.

c Prætoriarum. In eo quod hic prætoria vt genus, & iudicialis
ponitur vt species: est contra. institu. de di. stipu. in princ. & supra
de verb. obliga. l. stipulationum. nam in illis. ll. & prætoria & iu-
dicialis sunt species oppositæ & coæquæ. & eodem modo po-
nitur communis vt species coæquæ ad prætoriam: hic autem
vt sub genere. Solu. prætoria stipula. dicitur duobus modis: &
iudicialis duobus modis: & communis similiter duobus modis.
Ecce prætoria stricte dicitur, qua à prætore mortuo inuenta, per
officium iudicis viventis interponitur, aditi ob hoc ipsum: & ita
ibi. Secundo dicitur prætoria omnis illa qua ab initio etiam ex-
igitur, siue sit prætoria inuentione, siue ciuilis, siue quocunque
modo inuenta: ex eo scilicet quod prætor approbat. argu. infra
de verb. signi. l. lege. & in hoc sensu comprehendit prætorias, it-

diciales, & communes, & omnes præter conuentionales: & ita in
hoc titu. accipitur. Iudicialis etiā accipitur duobus modis: vno,
illa in qua non adiutur iudex ob hoc ipsum. & ita ibi. & dicitur à
iudice, quia officium iudicis interponitur aditi ob aliam causam:
& exinde incipit posse peti: vt ibi. hic autem illa tantum qua in
iudicio fit, vt sit ratum

iudicium, id est sententia: vt in exemplis hic
subiicit. & dicitur hæc à
iudicio: & ideo qui-
dam habent in litera
iudiciales, ibi, iudi-
ciales. Communis stipu-
lationis dicitur duobus
modis. Primo tam præ-
atoria, quā iudicialis:
quia aliquando adiutur
iudex ob hoc ipsum, vt
interponatur. aliquando
incidenter petitur.
& ita ibi. Secundo di-
citur communis, scili-
cat tam iudicialis, quā
cautionalis: qua partim
sententiam, partim
aliam causam respiciunt:
vt de re defendenda, &
iudicio sibi: vt & infra
eodem. §. communes.
vel aliter vt ibi dices.
qua autem sit cautional-
is, statim dices. simili-
ter ergo patet ex
prædictis non esse mirū
si ibi quatuor, hic tres
species fecit stipulatio-
num.

i V L P I A N V s libro septuagēnsim
ad Edictum.



Rætoriarum c stipula-
tionū tres videntur esse
species: iudiciales, d cau-
tionales, c communes.

Iudicialis stipulatio præatoria, est
illa qua interponitur propter senten-
tiam vt rata sit, & sortiatur ef-
fectum. cōmunis verò est illa qua
interponitur propter processum &
instantiam, vt procedat, & ad sen-
tentia perueniatur: & sic habet cō
munionem cū iudicali: quia nisi
processus expediretur, ad senten-
tiam non perueniretur. cautional-
is verò est illa qua propter senten-
tia interponitur: nec propter pro-
cessum, sed propter aliam causam
æquitatis. Paulus.

Iudiciales eas dicimus, qua pro-
pter iudicium interponuntur, vt ra-
tum § + fiat: vt iudicatum solui: & ex
operis noui nūtiatione. h Cau-
tionales i sunt autē, qua instar actionis
habent: & vt sit noua actio, in-
tercedunt: vt de legatis stipulatio-

sententiam: a vt & pareatur ei: vt sic differat à communi: & ita
comprehendit tantum quod sonat verbum: ad quod est infra iu-
di. solui. l. iudicatum solui. Accursius.

g Ratum. scilicet iudicium. Accur:

h Ex operis noui nūtiatione. cum caueatur de opere demoliendo,
si apparuerit. i. iudicatum fuerit iniuste edificatum: vt. §. de operis
noui nūtiatione. l. stipulatio. §. habet. & §. opus. versic. siue autem. &
ita per hanc stipulationem stabat firma sententia.

i Cautionales. aliàs conuentionales: sed non est bona litera, vt
patet per exempla qua supponit. aliàs cautionales: & hæc bona.
& dicuntur cautionales, qua non interponuntur ratione alicuius
sententia: vt sit firma: in quo differt à iudicali: nec ratione instan-
tiæ alicuius cause, vt differat à communi: sed ob aliam causam in-
terponuntur: vt patet in exemplis hic subiectis. Et no. tria. Pri-
mo, quia hic attribuitur speciei homen generis. nam omnis sti-
pulatio generaliter est cautionalis: vt infra. §. proxii. sed hic stri-
cte pro specie, vt & aliàs in adoptione dicitur: vt & supra de a-
dopt. l. ij. Secundo no. quod istæ cautionales habent instar a-
ctionis: vt hic, & supra de actio. & obliga. l. actionis verba. quia
sicut per actiones agimus vt quid nobis detur vel fiat etiam ab
inuitis: ita permissus vt stipulations istæ præstentur nobis etiam
ab inuitis. fallit tamen in yna istarum, scilicet in cautione de
rato: qua non habet instar actionis: nec etiam ab inuitis
eam exigimus p̄cise, licet causatiuè quandoque inuitus præ-
stet, scilicet si vult agere: vt supra de procura. l. mutus. §. poena.
Quod ergo dicitur, vt delegati &c. ponit exempla ad id quod
dixerat, quod nouatio intercedit: ad quod omnino conueniunt.
Item & exempla quod ad instar actionis habent scilicet alia, non
illa de rato. Tertio no. quod nouatio intercedat: & potest di-
ci quod aliquid noui additur naturæ primi negoti: vt diximus
in nouatione qua sit lite contestata, vel in sententia: & sic ni-
hil deperit: vt argu. supra de noua. l. aliam. vel forte quia olim ip-
so iure siebat nouatio vt tolleretur prima, eo quod aliquid noui
addebat: vt institut. quib. mod. tol. obliga. §. præterea. sic er-
go per stipulationem legati nouatur actio ex testamento: qua
pro legato competit: vt. C. communia de leg. l. j. & cum interpo-
natur pro legato conditionali, vel in diem: vt. §. vt leg. no. ca. l. j.
in euentum

Dimitio F1a-
cisc. Ac.

scilicet iu-
dicia: sic
interpretor
aduersus a-
liorum sen-
tentiam.

]) Cōcor. gl.
rub. extra
de iudi. re-
fert & seq.
no. Gui. de
cū. in. l. i.
no. Gui. de
cū. in. l. i.
no. in apost.
ad ipsum in
ver iudicium

accipitur
multis mo-
dis. C. de
sat. san.
Cautionalis
stipulatio
qua sit.

]) Cōcor. gl.
rub. extra
de iudi. re-
fert & seq.
no. Gui. de
cū. in. l. i.
no. Gui. de
cū. in. l. i.
no. in apost.
ad ipsum in
ver iudicium

in euentum

in euentum diei fit nouatio, vel conditionis: vt. s. de noua. l. in die. & l. quotiens. in tutela fit nouatio: quia cum stipulatur pupillus rem saluam fore, & post pupillarem ætatem habet ratum: nouat actionem tutelæ: vt. s. de noua. l. si pupillus. Vel etiam si dicas eū stipulatum iam adultum rem saluam fore, id est sibi restitui quod ex act. tutelæ debetur,

Quibus
dā bēc ver-
ba sūt suspe-
cta, quia fit
hæc stipula-
tio: mihi a-
liud videtur.
nouat actionem tutelæ
statim: vt dixim' in ea.
l. si pupillus. Per stipu-
lationem ratam rem ha-
beri, qua stipulor à pro-
curatore creditoris cui
soluo, nouatur condic.
inde, quæ competet
non interposita hac sti-
pulatione: vt. j. rem ra.
ha. l. si sine. in prin. & l.
fi. s. fi. Per stipulationē
damni infecti nouatur
interdictū quod vi aut
clam competēs vel cō-
petiturū si opus facias
quod ruinam mihi mi-
natur in domum meā:
& ipsum opus in meo
facere te dico, pro quo
cōpeteret quod vi aut
clam, cum scias vel scire
debas te prohibitum
vel prohibendum: vt. s.
quod vi aut clam. l. iij.
in fi. & l. iiij. Vel dic se-
cundum M. & Ioan. &
Azo. & H. nouari actio-
nem. l. Aquilæ, & in fa-
ctum, quæ competet
stipulatione non inter-
posita: sed ea interposi-
ta non competet: vt
s. ad. l. Aquil. si seruus.
s. si furnum. & arg. s. de
ripa mu. l. j. Alij dicunt
quod nouatur except.
quæ competet dānu
passo contra dominum
domus ruinosæ: vt nō aliter tollat, nisi etiam omnia inutilia
tollat, & de damno futuro & præterito caueat. nam si damnum
fuerit passus stipulatus, iam non eget dicta exceptione. alijs dicunt nouari quoddam interdictum quod datur ei qui damnum
passus est: per quod dominus cogitur tollere rudera, aut totas
ædes pro derelicto habere: vt supra de dam. infec. l. prætor. in fin.
Accursius.

Sistendi causa. vt in iudicio sisti, & de re defendenda. Io. quæ par-
tim sententiam vel iudicium, partim aliam iustum causam respi-
ciunt secundum Azo. vel quia tam ab auctore quam à reo, vel tam
extra iudicium, quam in iudicio fiunt, secundum H.

Cautionales esse. vel conuentionales. alijs cautionales. & large
accipe vocabulum vt genus: vt dixi. s. proxi. s.

Interposita. facit. s. de verb. signifi. l. satisfationis. & institu. de fi-
deiuss. in prin. Accursius.

Apparebit. sic insti. qui sui vel alie. iur. sunt. in prin.

Namque. pro certo. Accursius.

Quod in primato. scilicet loco nuntiantis. & sic habet nuntiatio
causam naturalem. Vel etiam priuato solo eius cui nūtiatur: quia
fit contra seruitutem, & habet tūc causam positiam: vt. s. de no.
ope. nunti. l. de pupillo. s. & belle Sextus. & vtrōbique est priuatū
damnum nuntiantis. Accursius.

Repromitti. ab ædificatore petenti: & extunc competit interdi-
ctum vt liceat ei ædificare: vt supra de ope. no. nuntia. prætor. s.
deinde. Sed quare plenius prouidetur nuntianti in priuato, quam
in publico? Respon. vt supra de ope. no. nunti. l. non solum s. sed
si cum possem iure. sed videtur etiam in publico satisfari: vt su-
pra de no. ope. nuntia. l. prætor. s. proinde. quæ est contra. Solu. vt
ibi. Accursius.

Cauent. de eo opere quod in publico fieret, de quo cœperat
loqui.

Satisfiant. etiam si in publico fiat. ad quod est supra qui. ex cau.
in posses. ea. l. hæc autem. s. fi. Accursius.

Satisfatur. in. x. an. vt. s. de dam. infec. l. prætor. s. de eo. Sed con-
tra. s. de ripa mu. l. j. in prin. Solu. vt. s. j. in ea. l.

Nouum.

I. De ædibus. scilicet publicis vel priuatis, quæ minantur ruinam
alicui.

m. Repromittitur. scilicet ab his qui promittunt suo nomine. alijs
satisfdatur: vt supra de dam. infec. l. prætor. in princip. & l. qui bo-
na. in princ. s. j.

n. Stipulatio dupla. quæ
fit in venditione: vt su-
pra de ædilitio edict. l.
quod si nolit. s. quia
affidua. & ex necessi-
tate: vt supra de euic.
l. ij.

o. Satisfdetur. vt & su-
pra de euic. l. si dictum:
Item excipitur cum an-
te solutum pretium dé-
re mouetur quæstio,
sed tunc ad satisfan-
dum non agitur: sed
nisi satisfdet, & pretium
petat, exceptione re-
pellitur: vt. C. de euic. l.
si post.

p. Ipse prætor. de dupla,
vel alia. nam omnium
stipulationum est comi-
mune hoc: vt & supra
vt in posses. lega. l. si is à
quo. excipit Azo, nisi
quando fit missio ex se-
cundo decreto in causa
dam. infec. vt supra de
dam. infec. l. iiij. s. si in-
tra. versic. si forte. Sed
certe non quæritur vbi
sit satisfandum vel nō:
sed quia non est satisfi-
datum; an fiat missio,
vel sit retardanda: quia
adhue forte non time-
tur damnum de proxim-
ino. & facit ad summa-
riam cognitionē quod
no. supra ad exhiben. l.
iiij. s. sciendum est. Ac-

**Si prætoria stipulatio continet
factum indiuiduum:** non diuidi-
tur inter heredes stipulatoris vel
promissoris: & transit ad quemlibet
ipsorum actiue & paſiue. se-
cūs si continent quantitatem certā
vel incertam. Paulus.

**XL. PAULVS libro septuaginta-
terio ad Edictum.**

cursus.

q. Vel addi. additur ante eam interpositam, vt si iusserit præ-
tor caueri, cum debuerit satisfari: vel si iusserit satisfari in ven-
ditione, cum debuerit caueri: & mutatur, vt cum iusserat obli-
gari pignus, mutauit in fideiſorem: & vt infra eodem. l. præ-
toriae, vel in tempus longius: vt infra eodem. l. Valerianus. &
secundum hoc additur, vel detrahitur, vel mutatur de eo quod
dixerat prætor. hoc enim potest, quia est interlocutoria: a) vt

supra de arbi. l. qualem. in fine. & supra de re iudicata. l. quod hæc gl. dum
iussit. secus in definitiua: vt. d. l. quod iussit. vel dic ei quod di-
videtur sensibatur per aliquam partium. Quid autem si fiat mutatio in a-
liam formam, quam prætoriam? Respondeo. potest consensu
partium, non alijs: vt supra proximo. s. stipulatio dupla. sed
tunc est conditionalis, non prætoria: cum non fiat ex necessi-
tate. Item quid si eam interpositam velit prætor immutare? Re-
spondeo, nec tunc potest inuitis contrahentibus, etiam si ve-
lit reducere in formam prætoriae, cum prius forte non erat: nisi terque extra
dicatur quod per errorem sit prius interposita: vt supra si quis de app. & in-
cautio. l. sed & si quis. s. fina. & secundum hoc non obstat supra tra que d tē-
de verbo. obligat. l. in conuentionalibus. vbi dicit non posse eis fran. de o-
addi vel detrahi: quia verum est ab alio quam à prætore. Item ria. c. quoniā
nec à prætore in aliam formam. Item nec etiam in formam præ-
toriam quando iam erat interposita: nisi volentibus partibus s. interlocu-
tionē & ap-
plicatiō. & ibi no-
tati in apo-
fil. ad eum
post Bene.
Vædum sub
eo versi. ex-
tra pmi-
sa. & ibi no-

In stipulatione. à prætore inuenta. Accursius.

Rætorie stipulationes.] casys. Hæc. l. facit aliam diuisionem sti-
pulationum prætoriatum: scilicet quod quædam continent
restitutionem rei: quædam continent quantitatem incertam. Re-
stitutionem rei continent, veluti noui operis nuntiatio: qua ca-
uetur vt opus restituatur, id est in pristinum statum redigatur. vt-
que ibi. Ideoque. vbi innuit ex præcedentibus quod data cautio-
ne de opere restituendo. si auctor qui petuit cautionē de opere re-
stituendo, moriatur pluribus heredibus relictis, & vnu heredum



